




Baptistae Mantuani
opera vasia.
Daventriae
1501-1502.









ffelicitas im papua fecit quod cero est thiadri studiis et pro

Reuerendi fris Baptistae mantuani Carmelitae de patientia aurei libri tres:



❡Helias Capreolus brixianus, Joāni taberio .S.

n Isi vana sit Pythagorę palingenesia Maronē nobis alterꝝ hęc
ętas rediuiuū produxit Baptistā hunc Mantuanū. qui ꝟtute
poetica synchronos oēs. ex antiquis etiā ꝯplures a se lōge reliquit Cete
rū vetustatis reuerētia. operꝝ multitudie. elegātiaqꝫ Uirgilius sit extra a
leā. oīm quasi pōtifex maximꝰ Ille tn̄ res humanas. hic noster diuinas
cecinit. nullo p̄sertim inuitatus mecœnate. sui tantū ipsiꝰ. nō alienꝰ. in
uitator In calamitatibꝰ q̄ꝫ grauis ꝛ magnificꝰ In gemia pthenice ne
mo nō puet secreta illū colloquia. quasi Numam aut Mosen potius
alterꝝ cęlitus habuisse Idem disciplinarꝝ oīm scientissimꝰ. vitę seuerita
te morūqꝫ sanctimoīa vniuersę religiōis carmelitanę rector patrū decre
to ꝯstitutus ē. Qd̄ s. L. Sylla apicem felicitatis suę Metelli pij ami
ciciā reputauit quāto nos Taberi amātissime iustius inuicem gratula
ri possumus tāti hoīs p̄cipuā beniuolentiā ꝯsecuti. Qua nihil equidem
gratius p̄ciosiusqꝫ in rebus nr̄is duxerim Scis tu quotiēs nos impēdē
tium bellorꝝ tempestatē ꝯquerētis qua ꝟborꝝ serenitate p̄sens ꝯfirmarit
O magnū amicicię numē. Excogitauit homo diuinus quo pacto etiā
ꝯsolaretur absentes Petrus neuolarius dignissimus tali p̄ceptore disci
pulus Inter carmelitas theologus ꝯcionator eloquētia. moribꝰ doctri
naqꝫ admirabilis. aureū illius de patiētia libellū ad nos Brixiā nuper
attulit. oīs molestię p̄sentaneū medicamentum. quem quū legimus hoc
Uirgilianū fortiter exhibemus Quo fata trahūt. retrahūtqꝫ sequamur
Quicq̊d erit superanda oīs fortuna ferendo est Te ergo Taberi suauissi
me. qui degis in musarꝝ ꝯtubernio. natura ꝛ arte ad ea quę humanitatē
exornāt. accōmodatior opus ipsum. etiā si sub inuito forte autore. publi
co tn̄ vsui exponendū cures. obsecro. Rem Gaspari quoqꝫ brunello op
tatissimā qui vt est acri in politicis in genio. grauissimo ꝯsilio. litteratu
ra nō mediocri. ita eruditissimū quenqꝫ fouet Baptistāqꝫ in primis vt
diuū fauorabiliter obseruat Omniūqꝫ deniqꝫ amicorꝝ desiderio: imo stu
diosis oībus satisfeceris Spero em̄ per hoc audebūt ad in gruentis for
tunę nunq̄ꝫ ꝑpetuo bonę iniurias Horatio libēter ꝯcinere. Quo circa
viuite fortes fortiaqꝫ aduersis opponite pectora rebꝰ Uale, Brixie. iiij.
Nonas Decembres. M. cccc. xcviij.

¶ Indices librorum.

Reuerendi Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę Theologi ad Carolū Antoniū Fantuciū patricium Bononiensem. Isagoges ad patientiam Liber primus. et Capitulum primum

¶ Reuerēdi Fratris Baptistę Mātuani Carmelitę Isagoges ad patientiā Liber Secundus.

¶ Reuerēdi Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę Theologi Isagoges ad patientiā. Liber Tercius

¶ Finis huius Tabule.

¶ Venerandus Frater Baptista Mantuanus Carmelita Francisco Fantucio. S.P.D.

Carolus Antonius vir clarissimus pater tuus cum esset bonarũ artium studiosus hoim litteratorꝫ cõgressibus vtebatur assidue ⁊ ex familiaribus eorꝫ colloquijs se inuenire dicebat vnicum podagre sue remedium Ibam ego eo tpe frequẽter ad eum. et qa erat in monasteriũ nostrũ beneaiatus ⁊ qꝫ me (vt scis) precipuo diligebat affectu Ipse aũt vt erat ingenio claro ac vegeto: lingua diserta ac eloquẽti mox vt ꝯsideramus: aliquẽ ex scriptura sacra cui' lectiõe mirifice oblectabaꝛ: locũ afferebat: quo diutius (sic eñ aiebat) mutuo sermõe frueretur. ⁊ egritudinis sue tortura minus angeretur Ego domũ reuersus si quid aptius dixisse memineram: arrepto calamo ꝯfestim an notabam memor dicti euangelici: colligite fragmẽta ne pereant. cupidus etiã vt sicut ipsi ea que dixeram' adiumenti non nihil attulerant: ita si in scriptis redigerentur ac legi possent etiã alijs egrotantibus essent aliqñ subsidio. huiusmodi ergo ratiocinatiões a me recognitas ⁊ vt edantur in librũ tribus diuisum voluminib' modo redactas tibi restituo inqꝫ quod eñ erat patri donatũ. debetur ⁊ filio. ⁊ ei maxie filio: qui nõ diuitiaꝝ tantum. vt maior pars hoim: sed qui etiã sicut tu: paternaꝝ virtutum heredem se constituat: vt videatur a paretibus in eum nedum scdm carnem verum etiam scdm spiritũ deducta cognatio. Accipe igitur libellũ hũc. ⁊ cuꝫ successiuis tẽporib' aliquãdo relegito vt vite hui' molestias equanimius feras. ⁊ accendaris alterius vite maiore desiderio. quo ⁊ ad euitandum mortis metum. ⁊ ad huius mortalitatis incõmoda pferenda nullum est presentius maiusue remedium. Viue igitur per quã diutissime. ⁊ sic viue, vt semper videare patris vitam ⁊ mores emulari: cui ad politicam fœlicitatem peripateticoꝝ id solum deerat: quod et Metillo legimus defuisse: prosperam scꝫ corporis valitudiñ. Sed hec certe minus est deploranda iactura: ea potissimum ratione: qꝫ quantum adimit politice: tantum addit vere fœlicitati: ad quam nobis aditum patefaciat gratia domini nostri Jesu christi. Vale:

¶ Venerãdi Fratris Baptiste Mãtuani Carmelite Theologi ad Carolum Antonium Fantucium pa-tricium bonoñ. Isagoges ad patientiam. Liber pri-mus. et Capitulum primum-

Uoniam opportunis ac freq̄ntib⁹ beneficijs huic nostro bononiēsi cœnobio magnifice ac religiose collatis iam pridem tibi nos deuinxisti Carole Antoni vir religiose: vereor ne si te lõgo ⁊ graui podagrę morbo laborãtem ꝯsolatus nõ fuero: de grauissimo ingratitudis vitio possim accusari Nam si iuxta doctoris ⁊ saluatoris nostri Christi salutare ꝯsilium tenemur ijs etiam qui nos oderũt benefacere quantum quęso ijs debem⁹: qui nos nõ solũ amãt: veꝝ etiam quottidianis elemosinis alere: ⁊ ꝯtinuo patrocinio fouere nõ cessant: Christus qui nobis et vitę et salutis est autor sicut in alijs oibus studiosis actionibus: sic etiaꝫ in hoc exemplar est optimũ. Ipse nãq꜠. q̄ꝫdiu nobiscũ in hoc luctuoso peregrinatiõis exilio sub seruili specie ꝯuersatus est. eos a quib⁹ plurimũ amabatur: nõ dilexit tantũ: veꝝ etiam docẽdo illustrauit: obsecrãdo attraxit increpãdo correxit: exhortãdo animauit: miraculis firmauit: beneficijs illexit. ⁊ omni deniq꜠ officio curę pastoralis custodiuit ⁊ fouit: ⁊ quoniã apud ęgrotãtes magni momẽti esse ac plurimũ valere cõsolantiũ verba cognoscebat: cum sponte ad passionem ⁊ ad locum passiõis accederet discipuloꝝ animis subita tempestate ꝯsternãdis medicinã instituẽs Petro dixit ⁊ tu aliqñ ꝯuersus ꝯfirma frẽs tuos Magna certe ẽ accõmodati ad rem sermõis energia: ⁊ ad firmãdos aĩos: affectusq꜠ regẽdos ad sedãdos etiã corpoꝝ dolores ęgritudinumq꜠ molestias grauis elocutio plurimũ valet. ꝓptẽa apl'icę discipline documentũ est. ⁊ autor ẽ Jacob⁹ apl's ad ęgrotãtes debere p̄sbyteros vocari. ⁊ veraꝫ religionem in viduarum ac pupilloꝝ visitatione ꝯsistere. Sed vt ad christi vestigia reuertamur. cũ ꝓpter iudęoꝝ sęuiciã relicta hierosolyma trans iordanẽ paululum diuertisset: audissetq꜠ lazaꝝ amicum grauiter ęgrotare: vitę suę ratione posthabita: vadamus inquit apl'is ⁊ inuenimus eũ Tantã igit̃ christi iesu saluatoris nostri humanitatẽ ⁊ clementiã si quis (vt dignum est) tota mẽtis acie cõtemplet̃: tãte beniuolẽtię suauitatẽ nõ mirabit̃ solum verũetiam ad talis p̄ceptoris imitationẽ accẽsus totum se in officia charitatis effundet: minime tamẽ mirum est si ab illo in huiõi amoris vincamur officis: nam ipse oĩm nostrum est pater: nos ãt sumus inuicem fra-

tres: ac multo maior est vt experimur assidue ꝛ natura ipsa ꝯfitetur patrum in filios: q̄ꝫ fratrum in fratres pietatis affectio Quoniam igitur ipse p̄cepit: discite a me: si tacuero nec te languētem ingrauescēte iam senio ꝯsolari: ac leuare tentauero: quomodo ab illo didicisse videbor. cuiꝰ vita sanctitas: cuius natura benignitas: cuius doctrina charitas fuit: Assimilarer ꝓfecto nō sine magno v̄tutis ꝛ ꝯscientię damno sacerdoti aut leuitę illi. qui ab hierusalem in hiericho descēdens ꝑcussum a' latronibus hominem ꝛ semiuiuū relictum sine misericordia: sine humanitate sine cura p̄teriijt. Malo igitur Samaritanū imitari qui lamētabili casu motus vinū ac oleum plagis īfudit ꝛ ꝓlata pecunia stabulario suo infirmum ꝯmendauit. Tentabo itaqꝫ pro virium mearum portiūcula Uir optime te adiuuare. ꝛ artis meę remedia quātum deus dederit: tuis vulneribus applicare: phaleratum autem ꝛ ambitiosum sermonē explodentes humilimis ac familiarissimis colloquijs datatim vtemur. ne forte sermonis insolentia ꝛ supbo dicendi fastu magis offensus accipias pro ꝯsolatione fastidium. Sed iam vnum cōsolationis nostrę caput afferamus: a cōmunioribus exordientes: sicut Aristotele teste doctrinę ratio postulare videtur.

De morbi cognitione. Capitulū. ij.

Sanitatis exordium morbi cognitio est. Nam tum demum et ęgrotans curari desiderat. ꝛ medicus sanare potest cum ꝛ ille se infirmum ꝛ iste genus infirmitatis intelligit. Et omnem opationem quam aliquis appetitus siue naturę. siue volūtatis exercet ab aliqua cognitione ꝑuenire necesse est ꝑspicuum hoc in nobis qui quicquid volumus an̄ cognoueramus: in pecudibus quoqꝫ illę etenim neqꝫ pabulum neqꝫ coitum appetūt: nisi rerum huiusmodi aliqua vel tenui notione pulsentur. quę vero sine cognitione vidētur operari: vt arbores: hęc a cognoscēte aliquo necessarium est in opus dirigi. ideo a peripateticis dicitur opus naturę intelligētię opus esse. Philosophi em̄ naturas rerū cognitiōe priuatas volūt ab intelligētijs quę voluendis coelorum orbibus a deo pręfectę sunt in opera dirigi. ꝛ aliena prudentia. ne operando peccēt gubernari. Quo fit vt res insensibiles quales herbę sunt ꝛ arbores ꝛ id genus alia. tāto minus in ꝓcerādis foetibus suis errent: quāto ꝑspicacioris naturę iuuātur ingenio. Nos autē prudentię nostrę quę tenuis est innitētes in opatione plerūqꝫ decipimur: est igit̄ operi sp̄ prēuia cognitio: cognitiōe namqꝫ volūtas: voluntate corpus excitatur Tūc etiam cum quid agimus qđ nec appetebamus neqꝫ cognitiōe fueramꝰ assecuti vt cū agricolę ignorātes Thesaurū effodiunt quod fieri dr̄ a fortuna

id quoq; nõ sine p̄cognitione contingit: p̄cognitione inq̄; non fodiẽtis. sed cuiuspiam alterius puta Dei vel Angeli: a quo nesciẽs fossor mouet̃ ⁊ regit̃: duplex igit̃ vt plurimũ cognitio necessaria est ad curam. ⁊ medi-ci sc; ⁊ ęgroti. Propterea decẽ leprosis qui se infirmos cognoscẽtes. gratia curationis ad Christũ venerant: dictum fuisse legimus. Ite ostendite vos sacerdotibus: vt infirmantiũ cognitioni iungeret̃ cognitio medicãtis Sicut igitur hi qui curãdis corpibus p̄sunt: radicem morbi ⁊ causas infirmitatis priusquã manus adhibeãt. altius inuestigant: sic nos q̄q; qui a deo curandis aĩabus p̄fecti sumus. spiritualiũ langoꝝ causas et naturas scire non vtile tm̃: sed etiã necessarium

De duplici morbo hominis Ca. iij.

T quemadmodũ ex dup'ici substãtia corpe sc; ⁊ anima constat homo ita duplex est hominis morbꝰ animi videlic; ⁊ corporis. duo quoq; et medicorum ⁊ medicinarum genera sunt. Unum quo exterior. alterum quo interior homo curetur Atq; ita infirmitati nostrę naturęq; defectui ꝓuidentia diuina quia nihil odit eorũ quę fecit: multiplex studuit adhibere remedium Plerumq; fit vt animi i corpus ⁊ item corporis in animum redũdet infirmitas: tanta est em̃ corporis ⁊ animę necessitudo: vt sua omnia bona ac mala: velint nolint: inuicem ꝯmunicent: propterea neq; sine animo corpus: neq; sine corpore animus beneualet in vita. Rei euidentia probationẽ excludit: quis enim nõ viderit ęgrotãte corpe animum ęgrescere. ⁊ animo male habẽte male affici corpus: ⁊ p̄cipue faciem Nam cum in capite aĩalis omniũ instrumenta sint sensuũ, omnis animi ⁊ corporis affectus in eo promulgãtur facies ira excãdescit: metu pallescit verecũdia erubescit tristicia obscurat̃ gaudio serenat̃. Neq; id in homie solum sed in brutis accidit Canes rictu. equi auriculis. feles oculis aĩm ostendũt. hinc d̃r ab Ouidio. heu q̄; difficile est crimẽ non ꝓdere vultu Medici q̄; inter ea q̄ ad ꝯseruandã corpis sanitatẽ ptinẽt animi accidẽtia ꝯnumerãt: q̄ viderint has duas hoĩs ptes omĩa bona ⁊ mala more amicoꝝ habere ꝯmunia: cũ morbo animi corpus ęgrotat: animũ curato. ⁊ cũ membroꝝ ⁊ carnis vitio patit̃ animus: corpus sanato Itaq; videndũ est priusquã ad curã veniamus e corpe ne: an ex aĩo nascat̃ infirmitas A causis em incipiendũ: vt arboris intertus non ex ramis sed ex radice petendus est

De q̄busdã differẽtijs hũanoꝝ defectuũ Ca. iiij.

Piritualiũ ⁊ corporaliũ ęgritudinũ in hoc est natura ꝯtraria: vnusquisq; cum corpore ęgrotat. ⁊ si non nunq̄; morbi speciem

nescit:se tamẽ egrotare perpẽdit:qui vero aïo languet vt cum supbię tu
more insolescit:aut inuidię liuore ꝯtabescit:vt plurimũ ęgrotare se non
videt. Item corporis morbũ in alio minus dephendimꝰ:at animi viciũ
in aliis magis q̃ in nobismetipsis perspicimꝰ.hinc illud Horatii.cum
tua peruideas oculis mala lippus inunctis:Cur in amicoꝝ vitiis tã cer
nis acutũ:⁊ illud item Persii Ut nemo in se se tẽtat descendere:nemo.
Sed precedẽti spectat mãtica tergo.⁊ a Christo rephendit hypocrita
qui festucã in oculo fris videns in oculo suo trabẽ nõ percipit. Amplꝰ
humanoꝝ defectuũ quidã incurabiles vt claudicatio.sterilitas.originał
coecitas.hi morbi ꝓprie vitia noïantur Quidã vero nobis in vita acci-
dũt:morbiq; dicũtur Et hi quoq; duplices:quidã tociꝰ corporis vt fe-
bris ac phthisis:quidã partis vt surditas ac coecitas:est ⁊ quidã morbꝰ
leuis qui rebus agẽdis nõ est impedimẽto:ut imbecillis ⁊ occulta febri
cula.quę q: minus a patiẽte percipitur.a medicis neutralitas dr Est ⁊
grauis qui a iurecõsultis sonticus appellat.vt febris ꝓhibẽs hoiem in
iudicio ꝯparere. Cũ multis corporibus vitia ꝯnascunt.vt coecitas steri
litas debilitas oris paruitas.⁊ huiꝰ gñis multa:morboꝝ spũalium nul
lus ꝑpetuus:nam cũ aïo sicut nulla ꝟtus sic nullũ nascitur vitium.libet
eñi hic a Platone dissentire.qui cũ scientiaꝝ habitibꝰ venire aïas puta
uit in corpora placet magis i Aristotelis venire diatribã.cui placet ani
mas cũ viuificãdis corporibus sociãtur.similes esse tabulę purę in qua
nihil est pictũ.nihil figuratũ.magna igitur immo mirabilis inter recen
tia corpora disparitas est.⁊ ꝯpositionũ varitas ienarrabilis.inter aïas
vero mox vt create sunt.nullũ discrimẽ est.pares oriũtur.sine vitiis ⁊ ꝟ
tutibꝰ labũtur in corpora Nec veꝝ qd pythagorici fabulãtur.eas ex cor
pore in corpus trãsmigare.⁊ hoïm regeneratõem fieri.quam gręci palin
genesian vocant:⁊ corpora sortiri p̃teritis moribꝰ ac precedẽtibus meri
tis accõmodata Sunt tñ a natura etiã tum quum infundũtur animis
nostris vires q̃dam potẽtięq;.vt vis videndi atq; audiẽdi .quę ad ope-
randũ corporeis egeãt instrumẽtis.hę nimiru; sicut ⁊ opifices scdm in
strumẽti dispositionẽ operãtur.verum hęc in aïo diuersitas nõ est: s; in
corpore intellectus vero ⁊ si nullo corpis instrumẽto eget ad operandũ
potentiis tñ vt fantasię ⁊ estimatiuę ꝯiugatus est.quaꝝ opatio certam
corpis partem ⁊ certam illius partis dispositionẽ exposcit.intellectum
igitur in operãdo ab ipsa fantasia.fantansia ab instrumẽto suo corpeo:
qd in cerebro situm est.depẽdere nõ dubiũ. At instrumẽti dispositio nõ
vnum semp habet temperamẽtum. sed coeli ⁊ aeris.ciboꝝ etiam ⁊ alioꝝ
quę ad dietam pertinẽt.qualitatẽ insequit. Propterea corpibꝰ nõ vno
semp modo affectis ac dispositis.nõ vno semp mõ imaginamur:recor-

damur. intelligim⁹ sapimus. appetim⁹: non easdem semꝑ voluptates sequimur: non eadem placent exercitia: nō iisdem studiis oblectamur. nō eadem insomnia cernimus: pro quorum etiam varietate vt docet hippocrates in libro de somniis. periti medicorum sciunt de humorum dominio coniectari: redundāte em̄ sanguine lętiores. felle in ardescēte acriores: pituita excrescente pigriores: atra bile regnāte meticulosi ⁊ tristioēs efficimur: accipit ergo anima neq̧ id dubium corporum affectiōes. ⁊ sibi ꝯiunctę carnis ac circumstantiū elementoꝝ lesa ꝯtagio nescit in votis seruare ꝯstantiā. Qd̄ in brutis ⁊ volucribus manifestius cernit̄: iuxta illud Maronis nostri de serenitate loquētis

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium: aut rerum fato prudentia maior:
Uerum vbi tempestas ⁊ coeli mobilis humor
Mutauere vias. ⁊ Juppiter humidus austris
Denset erant quę rara modo. ⁊ quę densa relaxat
Uertūtur species animoꝝ. ⁊ pectora motus
Nunc alios: alios dum nubila ventus agebat
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris
Hinc lęte pecudes. ⁊ ouantes gutture corui

Manifestum hoc etiam in sensu gustus ⁊ visus: naꝫ ꝓpter bilis ad mixtionē palato infirmi mel amarescit. ⁊ oculis ęgris odiosa est lux: q̄ iucūda est sanis Corporum morbi sunt animę plerūq̧ salutares: tunc enim maxime deum recolimus cū in obsessa carne regnat infirmitas ⁊ multis sanctoꝝ ad animi salutem vt Paulo ap̄lo carnis flagella fuere principium. At animi morbus corpa non solum iuuat: verumetiam lędit ac destruit. vide luxurię deditos vt palleāt ⁊ macescāt: vide inuidos. vt macerentur ⁊ tabescāt. vide auaros: vt flacescāt. ⁊ areāt. vide gulę deditos. vt pigri somnolēti valitudinarii sint: ac maloꝝ humoꝝ pleni. quos greco vocabulo medici vocāt Chacochymos: morbos etiam sp̄uales hoc ē malos mores nō sicut corporeos in ꝯmunes toti ānimę: ⁊ vni p̄ti ꝓprios diuidimus: nō habet em̄ aīa vt corpus p̄tes. quaꝝ vna sine aliis ifirmetur: sed cum aīa ęgrotat: tota ęgrota est videt̄ tamē aliquādo nō tota sed scd̄m p̄tem ęgrotare. cū scꝫ ad vni⁹ ỽtutis op⁹ est strenua ad aliaꝝ ỽtutum exercitia lenta ⁊ ipedita: ſꝫ tn̄ etiā tūc in toto appetitu venenū ē cuiq̄dē fieri p̄t ꝑ alios malos mores vitioꝝ accessio Int̄ corpis ⁊ aī morbos ē etiā discrimē h̄ aliud. nā q̄ medic⁹ aīaꝝ ē de⁹. cui⁹ opatiōes ⁊ opa sūt p̄fcā. aīę morb⁹ icurabilis ē nullis. vn̄ Seneca inq̄t nunq̄ꝫ sera ē ad bonos mores via. corpis ỽo morbo (vt supradictū est). iccirco in curabiles plurimi: quia natura q̄ corporalis medicinę magistra est; dei compara-

tione.res manca est.medicoꝝ etiã naturaliũ nõ nunq̃ conatus inualid⁹ q̃ teste hippocrate.vita breuis.ars ꝟo lõga.experimentũ fallax

¶ Quid sit morbus corpis et aĩe Ca. v.

m Orbũ corpis a labeone sic definiri recitat. A.gellius in quarto noctiũ atticaꝝ libro.capite secũdo.q̃ sit habit⁹ cuiusq̃ corpis cõtra naturã.vsum ei⁹ reddens deteriorẽ.ꝑhabitũ aũt non corpis cultũ intelligit:scdm q̃ acceptionẽ habitũ militarẽ habitũ scenicũ habitũ religiosum dicim⁹. Sed habitũ dr̃ qualitatẽ noxiã naturę ꝯtrariam crasim corpis vitiantẽ:alti⁹ imbibitã:vt nequeat subito dimoueri. qua ꝓpeditũ corpus.aĩę nõ est vt ꝓus obtẽperãs.ꝓptea dr̃ vsum ei⁹ reddẽs deteriorem. Scdm Platonẽ. Uirt⁹ est animi sanitas.egritudo vitiuꝫ Uirt⁹ bona ẽ ꝯsuetudo vel qualitas ex bona ꝯsuetudię derelicta.vt viciũ ꝟo mala. Sicut cũ pulsa ĩfirmitate bonoꝝ ciboꝝ vsu.frequẽti malorũ abstinẽtia.corp⁹ in pristinũ vigorẽ sensim reuertit̃ ⁊ eisdem q̃bus fit valitudo⁹ seruat̃ valitudo seruat̃.sic anim⁹ malaꝝ opationũ fuga bonaꝝ exercitio ꝟtutẽ in se gignit.roborat.auget.⁊ ꝯseruat.relictis igit̃ corpoꝝ morbis de spũalibus egritudinib⁹ deinceps agendũ Neq̃ em̃ vt podagrę morbũ incurabilẽ sanemus,sꝫ vt maloꝝ tolerantiã qua ꝯtra hui⁹ vitę mortalis absinthiũ nullum est efficacius antidutum inducamus pręsens charitatis munus assumptum est

¶ Cur tanta diligentia sit in curãdis corporum morbis. Ca.vj.

Ed cũ tot sint corpis ⁊ aĩ male valitudies:q̃ medicis ac medicamẽtis indigeãt:cur fit vt oẽs spreto aĩo solis curandis corpibus inhiemus:⁊ illi tm̃ in ꝑcio sint medici.qui mederi corpibus vel sciũt vel scire ꝓfitent̃ Plinius naturał historię.xix.de medicia sic inq̃t. hec ꝑmũ inuẽtores suos coelo dicauit.⁊ hodie multifariã ab oraculis ꝑtitur ab aliq̃b⁹ scriptorib⁹ ꝑne infiniti celebrãtur qui eã artẽ aut iuenerũt aut auxerũt.aut illustrarũt Magi illi q̃ꝝ tãta apud ꝑsas ⁊ ęgyptios fuit autoritas.cũ religiõe ⁊ astronomia medicinã etiã ꝓfitebantur. De Apolline ꝑmo ei⁹ inuẽtore Naso scribit Inuẽtum medicina meũ ẽ.opiferq̃ ꝑ orbeꝫ dicor.⁊ herbaꝝ subiecta potẽtia nobis.his addit̃ Orphe⁹ Museus Heliseus.⁊ vt aliq̃ volũt chiron cẽtaurus q̃ de herbis scripserũt.⁊ medicinę operã dederũt. Pythagoras etiã samius.⁊ democrit⁹ abderites medendi rõnem magno studio q̃sierũt. Machaon ⁊ podalirius ob medicię peritiã cũ alijs ducib⁹ ex creta ad troianã expeditioneꝫ voca

ti sunt. hippocrati cū pestilētiā pullulare incipientē repressisset. decre-
ti sunt honores. q̄s herculi decreuerat olim grecia heralistratꝰ Chrysip
pi discipulus ex Aristotelꝭ filia genitꝰ Antiocho rege sanato centū talē-
tis donatꝰ est Teste liuio cū romana vrbs peste laboraret īspectis libris
sibyllinis decē legati a senatu missi ex epidauro deū Aesculapiū in specie
serpētis romā adduxerūt Mithridates sua ętate regū maximꝰ oēs an-
cessores (vt fama ē) medēdi diligētia supauit Cōmentatōes eiꝰ ⁊ exēpla
ria Pōpeius magnꝰ in latinā linguā a leneo liberto suo trāsferri iussit.
Claruit in ea arte Aesclepiades prusiēsis qui (vt aiuūt) eloquētię tn̄ ma
gis q̄ꝫ medicādi fretꝰ auxilio nouā explosa veteri medicinā iuenit Anto
nio musę Cęsar augustus ꝙ fuissꝫ ab eo graui morbo liberatꝰ: statuā ęre
am iuxta ęscalapiū locari mādauit Enax rex arabū medicinę ⁊ ipse curi
osissimꝰ de herbis ⁊ lapidibꝰ ad Neronē scripsit. Supuenit ⁊ Diosco
rides vir militaris in herbaria arte mirabilis Tpe Antonini floruit Gal
lenus vir quidē doctissimꝰ. ⁊ ea ętate ī medicina singularis secutꝰ est eū
rasis poenꝰ ⁊ ipse illustribꝰ medicis ānumeratꝰ fuerūt ⁊ aliꝗ innūerabi-
les retroactis tpibꝰ medendi mgri. sed nostrę ętati magis ꝓpinq̄ Petrꝰ
aponēsis patauinꝰ vir rerꝝ scia admirādus At oīm neotericorꝝ ditissimꝰ
nescio an doctissimꝰ Thadeus florētinꝰ fuit qui cū a ꝑncipibꝰ italię vo
cabat quinquagita aureos in mercedē diurnā pacisci ꝯsueuerat. ab ho-
norio summo pōtifice semel vocatꝰ nō prius accessit q̄ꝫ centū aureos si-
bi in diē statutos ītellexit Vn̄ liberatꝰ pōtifex decē milia aureorꝝ illi cō
donauit Juniores īnumeros. ne tibi sim onerosus: silētio ꝑtereo Hęc āt
memorare suasit hūanę curiositatis admiratio ꝙ eis ꝑmia honoresqꝫ de-
cernat q̄ corꝑibus opitulari sciat. eis ꝟo qui aīas sanāt. ne mīmaꝫ quidē
mercedē instituat Credo tn̄ ita factū vt moribꝰ ꝑcam. subtili ⁊ occulta sa
gacitate naturę. natura em̄ corporea vitę studiosa. videns hoī ex ꝑte cor
poris mortē impēdere. corpꝰ tm̄ fulcire conata ē pigmentis ⁊ medicis
relicta aīę incorporeę cura deo incorporeo. Cui sentētię plurimū ꝯsonat
qđ deus paruā īmo mīmam ⁊ aliq̄n nullā corꝑis. aīaꝝ vero tantā ratio
nem habere se ostēdit ut ipsemet corpꝰ suū pro animaꝝ salute tradiderit
⁊ certe plures deus medicos ⁊ medelas animabus q̄ꝫ natura corporibꝰ
adinuenit Patriarchę. Prophetę: noui ac veteris testamenti doctores
nimirum medici sunt animaꝝ. religiosi nostri temporis omnes ⁊ hi prę
sertim qui declamant in ecclesiꝗs. ⁊ qui confessionibus fidelium audien
dis pręsunt animorꝝ medici sunt hi practicorꝝ illi rhetoricorum medico
rum loco succedūt. prophetaꝝ vaticinia doctorꝝ consulta leges quoqꝫ tā
hūanę q̄ꝫ diuinę sꝫ diuinę ꝑcipue. ⁊ oīs deniqꝫ phīa de moribꝰ sunt aīorꝝ
medicamēta salubria: quibꝰ animę nō a morte sed a miseria sempiterna

preseruātur.quę tāto peior quanto lōgior morte iudicatur Ut igitur omnium supradictorum cōcludatur affinitas.corpori corporea debetur medicina.corporalis medicus.et medico premiū corporale.animę vero quia spūs est spiritualis medicus.et medico premiū spūale pponitur Sic oportet uos psuasos esse.qm id et rationi et doctrinę apostolicę cōsentaneum est.et q iacto hoc fundamēto facilius patiētię structura consurgit. huic etiam sicut mortem corpori sic immortalitatē animę natura denūciat.cum scz eam vt naturalis opis minime egētem relinquit in custoditum:at deus curam eius assumit nō vt quo antedixi.mortem effugiet cui suapte natura nunq̄ addicta est.sed vt miseriam sempiternā cui peccando se subijcit.euadat Sed iam ad vestigandam spiritualium morborum pergamus originem

De morborum spiritualiū origine Ca.vij.

Spiritualium infirmitatum q̄bus pene totū genus humanum opprimitur tibi.si aduerteris.radicem et fundamētum breuibus explicabo vt cognito morbi loco.sciamus vbi oportet applicare remediū. In hoc peripateticorum.et theologorum scholę consentiunt.duas esse principales animę partes.per quas videntur homies duas.et has quidem contrarias naturas assecuti.rationalem scz et sensitiuam Ista cum belluis nobis cōmunis est.illa vero ppria est hominis forma.pmaq̄ pfectio rationalis in duas secatur ptes. Intellectum scz et volūtatem Intellectus est ōnia cognoscere. Uolūtatis vero intellecta.si bona videantur appetere.sin autem mala nocētiaq̄ sint vel appareāt:quo ad eius fieri potest propulsare.vel fugere.sensitiua duas item continet vires vnam qua ea q̄ sensui occurrūt aut obijciūtur dignosci alterā qua occurrentia obiectaq̄ prius cognita vel tenere satagit.vel declinare prima vis est ea qua sentimus.qua videmus.qua audimus.qua palpamus.qua obfacimus.qua et gustamus:nam quasi quidam fonticulus in quinq̄ sensuū exteriorū riuulos virtus ista defluxit. exteriorum inq̄.nam vt philosophis placet totidem sunt interiores sensus.qui intra cranei forulos cerebriq̄ cauernulas vt visum ē Auicēnę.et Alberto magno.ac cęteris medicorum ac phōrum qui de corpis humani anatomia scripsere.discretas habēt sedes pprias q̄ māsiunculas q̄ spirituū aīaliū vię specierūq̄ receptacula noiantur sed ex ijs phantasiā cōmemorasse sufficiat qn̄ ipsa id officiū.i pte sensitiua sortita ē.qd intellectus obtinet in rationali.altera vis seu virtus bifariam q̄z diuiditur in cōcupiscibilē scz et irascibilē.Cōcupiscibilis in ea fertur q̄ voluptatem afferre.psensum et phantasiā iudicātur.in ea vero quę tristia apparent ita se habet.vt ea vel abigat:si facultas adsit.vel procul ab eis

se seq₃ maxime proripiat. irascibilis ad subsidium isti ꝯiuncta est. quotiens em̄ ꝯcupiscibili quidpiam impedimēti se ingerit irascibilis magno impetu arcurrēs illud totis viribus conatur auertere. hic diligēter aduerte huc mētis aciem tota attētione conuerte Iam tibi ostensurus sum maloꝝ omnium fomitem scelerum q₃ radicem. vnde omnis nostra descēdit iniquitas Uidebis acerrimū hostem ꝟtutis: videbis id quod membrorum legem paulus appellat Lex membroꝝ est virtutis ꝯcupiscibil' impetus. qui grece ορμη dicitur. hic semꝑ in id solum qđ delectat nulla honestatis. nulla ꝟtutis. nulla dei habita ratiōe tanq₃ magnes ad polū mira naturę lege ꝯuertitur Hi duo appetit⁹ in eadem aīa quasi duę in eodem axe rotę sessori ⁊ equo cōparari possunt Uolūtas recta sessorē appetit⁹ equus: sicut em̄ equus anteq₃ dometur est freni ⁊ sessoris impatiens. sic appetit⁹ nisi prius lōga diligētiq₃ cura coerceatur volūtatem aspernat⁹ in diuersa cū indignatiōe se proripit domabilis est. sed longa opus est diligētia. magnis calcaribus. fortissimisq₃ capistris. ⁊ frenis vtendū est Rem mirā audi. quā velim sepius adhibita diligētia contemspleris. Quicquid leges tam sacrę q₃ ciuiles. tam veteres q₃ nouę. tā publicę q₃ priuatę. seu in poenā ꝯminantur. seu pollicētur in pręmiū. seorsum tendit vt huius cōtumacissimi appetitus ceruicosam duriciem et caput obstipum cōtundat ⁊ subigat. facilius xerxem Themistocles Darium Alexāder Gallos Cęsar Bellerophon Chimerā Hercules Hydrā Theseus minotaurū Aristeus proteum Cadmus draconem. q₃ hāc immanissimā feram debellauit. immo cum illa debellarint. ipsi ab ista oppugnati sunt ⁊ expugnati. propterea dictū est a sapiēte Melior est patiens viro forti. ⁊ qui animo dominat̄ suo. expugnatore vrbium. non aliā ob causam veteres eremitę viri sanctissimi quales in noua lege fuerunt Paulus Antonius Hilarion. ⁊ in veteri Helias Heliseus. ⁊ cęteri filij prophetaꝝ carmeli accolę ordinis nostri pricipes ⁊ autores vrbes et hominum ꝯsortia fugiebant. in ieiunijs ⁊ in diuinarum rerum contemplatione degebāt. non aliam in quā ob causam. nisi vt hūc rebellem ⁊ cōtumacem appetitū emollirēt. legiq₃ subijcerēt. ꝯtinua hęc intra nos pugna. ⁊ vt Augustinus inquit. rara victoria.

De animi perturbationib⁹. Ca. viij.

Ec ꝑtereundū hoc loco partem hanc animę quam sensitiuā dicimus nunq₃ quiescere. sed instar maris semꝑ ęstuare. ⁊ assiduis perturbationibus agitari Sicut em̄ mare duodecim ventis quos Plinius in libro de naturali historia ꝯnumerat. vexari nō desinit hoc est vt ab oriente in occidentem. ⁊ ab occidēte rursum in oriētem ve

niamus subsolano. vulturno. euronoto Austro. libanoto Aphrico. fauo nio. Cauro. Trscea Septētrione Aquilone Cecia. Ita memorata pars aīe totidem pturbatiōibus quas Egidius romanus libro pmo de regi mine principiū refert in magnos fluctus intumescit & fremit. Sunt aūt he pturbatiōes Amor. desideriū. odiū. abomiatio. delectatio. dolor seu tristicia Ista em̄ ad aīm. ille vo referūtur ad corpus. Spes despatio au dacia. timor. ira. segnicies: quam ipse Egidius. & alij Neoterici vocant mansuetudinē passionem. ad eius māsuetudinis differētiam: que cū sit mediocritas quedā inter iram & segniciem. non passio. sz virtus est & ap pellatur Primus senari⁹ ad ɔcupiscibilem. Secūdus ptinet ad irasci bilem Sed queadmodum pter iam dictos generales ventos. alij qui dam peculiares sunt. vt Sciron apud atheniēses paulum a Cauro de flectens. sic dictus q spiret a saxis: que Sciron latro a Theseo interfec tus quondam inhabitabat. & Circius apud prouīciā narbonēsem naues in italiam recto cursu deferēs. ita preter iam dictas pturbatiōes alie q̄ dam numerantur ab Aristotele in libro secūdo rhetoricoꝝ videlz Zelus Gratia Nemesis. Misericordia Inuidia Erubescentia. his appetitus sicut mare: natura sua instabilis semꝑ pturbatur & fluctuat. hinc mun di turbines excitantur. hinc discordie hinc tumultus hinc bella. hinc ex cidia vrbium & hoīm interitus oriuntur. his laqueis his retibus anime nostre captiuantur. his plagis includūtur simul hoc visco fallūtur. hoc veneno ponātur. his sordib⁹ inquinātur. his deliramētis illudūtur. hoc luto inuoluūtur. his illite maculis amittūt dei pris imaginē. hi sco pu li nauigātib⁹ ad coelū passim obijciuntur. he sunt nrē syrtes vbi herent nostra nauigia hec caphareа saxa. hec mendax & insidiosa lux in ipso Ca phareo hic Euripus: vbi saltem septies in die periclitat iustus. hec scyl la. hec Charybdis. he symplegades. quaꝝ concursib⁹ dephense aīe cele stis prie cursum amittūt hec torpedo q̄ mētib⁹ nris torporē ac stuporē immittit. & ad bonū opus reddit imobiles. hec illa mirāde ꝟtutis Eche neis. q̄ armatas classes & magno ventoꝝ impetu cōcitas mirātib⁹ nau tis infrenat & sistit. he sirenes. que vocū lenocinio & blandiētib⁹ cātilena rum illecebris captos in feras amissa humanitate trāsmutant. hec Me dusa aspectu tam noxia vt videntes ɔuertat in saxa. he salmacis aque vi ros effemināt. hec deniqz est illa teterrima pestis q̄ nostra hac tēpestate p totum terraꝝ orbem contagia sue atrocitatis effūdit hec tibi volui cō memorare & quasi oculis subijcere: vt visis hostium tuorū castris. scias quantum tibi immineat periculum. & qua virtute pugnandum. & quib⁹ ad victoriam opus est copijs.

¶ Unde secuta sit rebellio appetit? Ca. ix.

Et ne querelę aut calumnię locus relinquatur quod iter has com pugnantium virium conflictationes a deo constituta sit humana fragilitas a theologis sapienter occurritur Aiunt enim et sententię huius autor primus est Moses hominem a deo per gratiam ita formatum vt quamdiu diuinę legi subiectus esset nec mortis necessitatem incurreret nec vllam rebellionem ab inferiori creatura pateretur haberetque non extra solum: sed intra se quietem. tranquillitatem. et pacem: adeo vt et intellectus sine phantasmatibus clare intelligere: et ratio sine membrorum et appetitus discordia libere et expedite posset operari. At soluta in deum patrem obedientia: homo multiplici est in animo et corpore poena mulctatus In corpus enim cum infinitis langorum aculeis mors immissa est Quam sententiam poetę gentilium quasi diuinantes in separato prometheі fabula depinxerunt. In regnum vero animi duę grauissimę seditiones exorte sunt. Una per quam intelligentię libertati damnum inflictum est vt scilicet intelligere non possit nisi vt Aristoteles inquit phantasmata speculetur. cui seruituti ante peccatum non erat addicta Altera per quam voluntas illa eximia supremaque potentia qua sola promereri commererique. et boni malique pro arbitrio esse possumus. contranitentis appetitus ęmulationem incurrit Et plerumque. teste scriptura. solet vsu euenire diuino etiam iudicio comprobatum ostenditur. vt ne quis fecerit: eadem patiatur. Sic sauli postquam deo rebellauit. Dauid aduersatus est. Ipsi quoque dauid Absolon. Salomoni quidam Adadregia stripe natus: qui diu exularat in egypto item Razon. et Jeroboam. qui post mortem Salomonis super decem tribus imperauit. natura igitur vitiata peccato et appetitus vinculo in vindictam soluto. bellum hoc assiduum et repuguantiam carnis incurrimus. hic itaque locus est cui medicina quęritur. cui sunt applicanda fomenta virtutis. cui patientię crasis inducenda vt aio benemouenti subdita sit. et obtemperans ac idonea rationi.

De varijs hominum dispositionibus ad peccandum Capitulum. x.

Quemadmodum teste Christo in euangelio spadonum tria sunt genera: vnum eorum qui natura frigidi sunt: alterum eorum qui ferro ac manu fiunt Tercium cum quis et si natura est pronus in venerem. virtutis tamen beneficio fultus castimoniam seruat: vt de Socrate legimus. qui cum iuxta metoposcopi iudicium ex totius corporis filo atque habitu iudicatis esset natura violentus atque venereus: ea vitia sic

diligentia profligauerat.vt nemo eſſet ea tempeſtate ꝯtinentior.⁊ ſanc-
tior Jta fere in oī ꝟtutis ac vicij genere cōtingit,Sunt em̄ vt exēpli grā
de iracūdis loquar.qui naturę impetu fere nullo moueanť ad iram.vt ij
qui ſegnes imbelles ignauiqꝫ naſcūtur.de quibꝰ illud ſatyrici:ſꝫ lęua in
ꝑte mamillę.Nil ſalit arcadico iuueni.Sunt qui et ſi bile ꝯcitanť.no-
cendi tn̄ inſtrumētis carēt.vt facti ꝑferrum eunuchi:qui licet ſalacita-
tem ſentiāt.ſicut in vita Apollonij Tyanei legimus apud philoſtratū.
tn̄ non habēt vnde veneris ꝯſequanť affectum.Sūt qui ⁊ impetuꝫ ⁊ in
ſtrumeutū habētes.rationis lege quaſi quadam animi diuiniate regun-
tur.hęc igitur cum ita ſe habeāt in ſolo fere genere tercio ꝟtus eſt poſita
qđ ex arboribꝰ ꝑſuaderi pt̄ Arbor em̄ quę natura recta eſt nulla indiget
ad rectitudinē induſtria.quę ꝟo ita praua naſciť.vt dirigi nullomō poſ-
ſit omnē a ſe artem facit alienā.At quę inflecti pt̄ ac dirigi.laborem ar-
tificis nō fruſtratur.Atqꝫ hęc de actionibꝰ quas trāſeuntes vocāt.⁊ in
ſtrumētis egent.quicūqꝫ legis dicta memineris.immanētibus em̄ q̄ or
ganis nō vtuntur vt volūtatis oꝑatiōibꝰ.nulla obſtat quin peccare poſ
ſint membroꝝ inopia.de his dcm̄ eſt a Chriſto.Qui viderit mulierē ad
ꝯcupiſcendā eam iam moechatus eſt in corde ſuo.de alijs vero intelligi
tur illud ſapię dictum Qui potuit trāſgredi ⁊ nō eſt trāſgreſſus Et eoꝝ
quidem qui repugnātię ſtimuluꝫ patiūtur gradus ſunt pene in infinitū
abeūtes Eſt nāqꝫ quę tenui diligētia ſuꝑetur.eſt q̄ maiorē conatū cōtra
nitētes rōnis poſtulet.eſt qui tāto impetu arcem rationis impugnet.vt
vix humana reſiſtat infirmitas.⁊ hi ſunt vt plurimuꝫ quibus ingens ē
animus.⁊ natura feruēs multis adiuta ſpiritibus qualis in hectore.in
Achille.in Hercule.⁊ in alijs qui ſemidei a noſtris.a gręcis ꝟo dn̄r he-
roes.hi ſunt forti atqꝫ elato animo viri.qui magna ſemper aggrediūtur
quorum vt ſplendida facinora.ſic ⁊ enormes caſus audiūtur.mediocri-
tatem fugiētes aut pręclaris facinoribꝰ ſe illuſtrant.aut famoſis ſceleri
bus ſe inquināt.Fuit ex horum numero Dauid fuit Salomon pater ⁊
filius ambo modo religiōe.modo vicijs excellētes.⁊ ex noſtris Paulus
apoſtolus qui ⁊ eccleſiam chriſti molitus eſt extinguere.⁊ ad chriſtuꝫ cō
uerſus de ſtimulo carnis cōqueritur ⁊ colaphizari ſe dt̄.a Sathana Ad
dam ⁊ beatiſſimum patrem Hieronimum.qui in vaſta ſolitudine con-
ſtitutus ſibi videbatur choris intereſſe puellaꝝ.⁊ vt ipſe inquit frigeſcē-
te corpore ſola libidinū incēdia bulliebant Eſt in manibus omniū liber
ꝯfeſſionum Auguſtini.in quo mulierum amore non tentatum ſolum:
ſꝫ ⁊ ſuꝑatū ſe in genue ꝯfitetur .erat in ijs natura potēs ⁊ fertili terrę ꝑ
qꝫ ſimillima.q̄ vna eadēqꝫ foecūditate niſi ꝓhibeatur a villico.⁊ malas
herbas ⁊ bonas paſſim ⁊ ꝓmiſcue gignit.manifeſtū id ⁊ in equis q̄ eiſdē

viribus quibus pn̄t velociter currere: agiliter saltare: bellatorē ferre pn̄t et dn̄m ferire. ⁊ sessorem excutere. ⁊ obuios cōculcare:

¶ Unde tanta in hoib⁹ diuersitas. Ca. xi.

Quod si queras vnde tanta sit in hoibus naturaꝝ varietas vt specie nō nulli differre videātur. qd̄ de aīabus hoīm platonici concedunt. vt em̄ reperies qui natura timidi sint. tardi. somnolenti. inertes. pigri. segnes. ignaui. ita videas qui nascantur animosi strenui vigiles. industrij. vegeti. cordati. excitati. inuenies etiam quosdā natura pios. religiosos. iustos. ꝯtinentes. modestos. benignos. Item quosdam impios. irreligiosos. iniquos. auaros. procaces. inuerecūdos. imanes Bene dispositi a natura. hoc autē licet oculo ad oculum intueri. minori diligētia ꝓficiūt. at ꝙbus nouercali odio natura difficilis fuerit. solent oīa faciendo nihil ꝓficere. ⁊ operaꝫ ac impēsas vt plurimū perdere Nec Cherilus malus Alexādri poeta. nec Menius ⁊ Bauius minus q̄ꝫ Homerus ⁊ Uirgili⁹ ꝑdiscēdę poeticę studiū impēdisse putādi sunt sed min⁹ habuisse fauoris a notura. ꝓptea illi sunt ignobiles. Isti inter hieronicas honorātur: Plotin⁹ in p̄rio de ꝓuidētia libro capite quarto tria tāgit q̄ putat nobis inuitis ad bonitatē ac maliciā plurimū cōferre primū est inclinatio illa qua etiā ante p̄sentem vitam coepit aīa vergere in corpus ⁊ carnis optare cōsortium. Aliud est corp⁹ sic affectū. vt animam ad talia ꝓuocet. ⁊ statim ab inicio incautaꝫ. ⁊ deinceps gradatim assuefactā. Tercium est subitus sensibiliū occursus ꝑ sensus in aīam. sic aut sic afficiēs eam. horum trium duo tanq̄ꝫ vera suscipim⁹: primū āt reijcimus qm̄ cum catholicis aīas ante hāc vitā fuisse nō putam⁹. Inseq̄ videnꝶ ⁊ nationes sua aitia Uñ ⁊ latini supciliosi ac elati dicūtur. Uani ligures. leues galli. lactabūdi hispani. Mendaces greci. poeni foedifragi Citaꝶ a Paulo ap̄lo Epimenidis poetę greci vulgat⁹ ille de cretēsibus Uersus. ΚΡΗΤΕΣ ΑΕΙ ΨΕΥΣΤΑΙ ΚΑΚΑ ΘΗΡΙΑ ΓΑΣΤΕΡΕΣ ἀΡΓΟΙ Cretenses semꝑ mēdaces. malę bestę. ventres pigri. si q̄ras igiꝶ. vnde tāta sit in natura varietas discrepātia in moribus ī vita diuersitas nolo me modo coarctare ad inextricabiles hui⁹ ꝑplexę questiōis angustias dicam tamē trāseunter ⁊ summatim: affirmaboq̄ꝫ referre multum quo semine q̄s ꝓgenitus sit. quo vētre sit fotus embrio. quibus horis natus infans. quibus cibis ⁊ exercitijs educatus. q̄bus cū alitus: q̄bus disciplinis ibutus: sub qua coeli p̄te nutritus: Nō em̄ oīm ęque nationuꝫ corpa sunt ad sapię ac intelligētię pceptionē idonea. Uñ Socratē vel vt alij volūt Thaletem dicē solitum accepimus. ꝓpter tria se maximas deo grās habere ꝙscꝫ mas nō foemina. homo nō bestia. grecus nō barba

Epilecta [illegible] [illegible]

rus natus esset: erant em̃ greci natura apti magis ad philophiã: ꝙ propter aeris ⁊ coeli temperie ⁊ corpora sortiti essent ab excell ētys contrarie tatum vt philosophi aiunt remotiora Seres em̃ ⁊ qui extrema mundi climata inhabitãt. tm̃ ab eoꝝ cõplexione qui clima quintum incolũt. elongãtur. vt cõplexio que vni genti salubris est. plerumqꝫ alteri mortez consciscat. Et vt corporum dispositionib⁹. sic morib⁹, legum⁹ sententys differũt ⁊ ingenys. his de causis atheniẽsis in geniosiores: thebani robustiores habiti sunt: ꝙ videlicet illi in puriore: isti in crassiore aere versarentur. Tãtus est corpis influxus in aĩam. vt platonici qui demões ⁊ angelos volũt esse corporeos putent eos pro corporꝫ varietate varys rebus oblectari: eos qui de coelesti substãtia corp⁹ habẽt. figuris ⁊ cantibus allici: qui ex igne. fumo ⁊ odorib⁹ sacrificioꝝ. qui ṽo ex aere. dicũt sese corporib⁹ nris insinuare solitos. ⁊ humani corpis humorẽ exsugere Affirmat Herodot⁹ libro historiaꝝ tercio: se ex genere scytharũ sapiẽtez audiuisse neminem ꝑter vnum anacharsim. qui vt Cicero in q̃stionibus Tusculanis inq̃t. sapiẽtie fuit admirãde. Hec igit̃ que ad bene beateqꝫ viuẽdum tanti momẽti sunt nõ nostre sunt facultatis sed aliũde suppeditant̃. licet em̃ bene mori nostri sit arbitry: tamẽ bene nasci ⁊ bene educari nostre nõ est potestatis. Proptea cum de salute agit̃ non vite pꝛĩcipiũ: sed finis inspicit̃ Satis ergo fuerit nobis pꝛãtem cũ difficultate relinqui. diuinũ adiutoriũ nulli negari. patere viam oib⁹ a vicys ad ṽtutẽ a ṽtute ad gloriam. ꝙ si quibusdã maiori cum labore. certe etiam maiori cum mercede. he pticulares cause q̃ rebelliones appetitus augẽt ac minuũt intellecte ac recitate sunt a philosophis. ⁊ cõis illa causa. hoc ẽ peccatum origĩs a ꝑmi parẽtis in obediẽtia natum a solis theologis allegat̃ que ꝑdcis adiuncta tãte molis est in omnibus ⁊ omnes ad peccatũ incurret. hinc illud apostolicum. si dixerimus quia peccatum non habemus. nosmetipsos seducimus. ⁊ veritas in nobis non est. Sed iam ad appetitum redeamus

De vi appetitus. Ca. xij.

Appetitus ergo ꝑ inobediẽtiam ꝑmi homĩs absolutus in lege rõnis ꝑuaricari coepit ⁊ insanire. de cui⁹ clandestinis isidys ⁊ incursionib⁹ aptis Jacob⁹ ita loquit̃. vnusquisqꝫ ṽo tentat̃ a ↄcupiscentia sua abstract⁹ ⁊ illect⁹ in eo ꝙ abstract⁹ d̃t violẽtiam exꝑmit in eo q̃d illectus adiũgit. fraudulentiã significat. Paulus ãt ad Romanos scribens appetitum his ṽbis accusat ⁊ taxat Nam velle adiacet mihi perficere autem bonum nõ inuenio. nõ enim quod volo bonum hoc facio. sed quod nolo: malum hoc ago. si autem quod nolo illud facio iam non ego

operor illud: sed quod habitat in me peccatū. sic apostolus. Erāt in Paulo sicut & in nobis duo fere homies spūalis scz & carnalis. Uerba autem supradicta spūalis sunt hoīs de carnalis tyrānide cōquerentis. & carnalem hominem hoc est appetitum peccatum vocat. quia videlicet semp nos ad peccatum flectat & inducat. Spūalem homiem ipse Paulus dc interiorem. cum Paulo infra subiūgit. Condelector em̄ legi dei scdm interiorem homiem. Et de carnali subinfert. Uideo aliam legem in membris meis repugnātem legi mētis mee. mox homo spūalis in Paulo videns se nō posse penitus carnali resistere. quasi indignabūdus in hec vba prūpit. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpe mortis huius. paucis interiectis ita cōcludit. Igit ego ipse mente seruio legi dei. carne āt legi peccati. hoc idem & Christus inqt. Spūs quidē promptus est. caro autem infirma. Spūs quippe meus est in qua psidet volūtas consentanea rōni & parata semp nisi retrahat ab appetitu parē diuine legi. Caro autem hoc est appetitus carnalis infirm⁹ ea de causa ē appellat⁹. q volūtatem sp ppediens omnē opam nrām reddit infirmam. Uel qr nos propter carnis legem rōnis conatibus resistentē simus ad oē pclarum facinus infirmi. Nec tamē minus infirma caro nūcupabitur etiā tum cū appetitus bonis operibus assuefactus adheserit rōni. nam vis ea q̄ qm̄ imperiū volūtatis exequitur. executiua nūcupatur corporeis instrumetis alligata. nec opi & pfectiōe. nec opanti velocitate pt voluntatē adequare: ex deo igitur & ex volūtate efficacia est. at tarditas & deterior agēdi cōdicio ex carne. nō aliter quā in claudo pgressiōis obliqtas ex curuitate cruris ē sz eundi facultas ex aīa. hoc ppēdens in scdo ethicoꝝ dixit Aristoteles incōtinētes sīles esse paralyticis quēadmodū em̄ palytic⁹ morbosa qualitate vim motiuā ipediente. quorsum nō vult manū vertit sic incōtinēs si aliqn̄ vel bonitate nature vel diuina inspiratōe motus. aspirare velit ad vtutez cōtinue pteruiētis appetitus impulsu de vie rectitudine in dextrā aut in sinistrā. hoc est de mediocritate vtutis in id quod plus aut minus est. deturbat

Quomodo appetitus ligetur Ca. xiij

Contra hāc teterrimā pestē qd aliud melius dari pt antidotum q̄z qd Paul⁹ oñdit dicēs. Castigo corp⁹ meū & in seruitutē redigo. ne cū alijs pdicauerī ipse reprob⁹ efficiar. pugnant ergo inter se hec duo sp & ea pugne lex ē. vt victo ipet. & q̄ libuerit trahat rē miram intellige quam si saperent et sibi recte consulerent homines. fortasse vitam cautius instituerent. nec se ipsos inconsulte ac improuide viuendo tot vicioꝝ cathenis alligarent. Usus & consuetudo ea sunt que appetitum

ligāt ⁊ obstringūt. ꝯsuetudo ṽo que cathena est adamāte solidior p exer citium vsumqꝫ ꝯtexitur: actiões assidue annuli sunt. si appetitus ad id qđ ꝯcupiscit: volūtatis assensum semel traxerit. vnum cathene annulū ꝯplicauit. si centies eam seduxerit: iam ex centū orbiculis cathena cōtex ta collum victe volūtatis innodat. ⁊ captiuam ducēs illudere ⁊ insulta re non cessat. hinc Horatius in eplis. Animum rege: qui nisi paret Im perat: hunc frenis. hunc tu compesce cathena. animum autem vocat im petum appetitus.

¶Quid valeat habitus. Ca. xiiij.

Athena hec a philosophis qui rer naturas subtiliter inspexe rūt. habitus appellat Is ꝯtinuis ⁊ sequētib⁹ malis actionibus sic pedetentim ⁊ sensim nobis adheret ⁊ subrepit: vt in naturaꝫ transire videatur: sicut lignum a natura rectum postqꝫ diu flexuram pas sum fuerit curuitate dimoueri nō pt. nec ligno min⁹ tenaciter adheret ea figura: qꝫ si ab origine curuatura venisset Scitum est illud memora bile lycurgi exemplū: qui volēs pplo quātum ꝯsuetudo possit ostēdere: duos catulos vnuꝫ in siluis. alteꝝ domi in popina educari fecit. mox cō uocatis turbis tale spetaculū exhibuit Catulos adduci iussit. ⁊ pposito hinc lepore. hinc cacabo. solui eos mandauit. qui popine assuetus erat. ad cacabum repētino cursu se proripuit: qui ṽo in syluis coaluerat. mira pedum leuitate fugientē leporem insecutus est Uidet ergo habitus na tura fortiores vtpote quam subigūt domāt ⁊ immutāt. ⁊ vnusquisqꝫ ha bitum habēs nisi diligentiā adhibeat: in ꝯtrarium secūdum eum semp operatur. operatur āt habituatus facile prompte pfecte ⁊ cū delectatione qui vero sine habitu est. ⁊ si bene opari pt. neqꝫ em̄ id negauerim nō eque expeditus ⁊ promptus venit ad operandū. nec tāta inerit opationi vo luptas pfectio facilitas. Uñ illud Aristotelis in ethicis: citharoedi est citharā ppulsare. studiosi bene pulsare Inest ergo habitui vt theologoꝝ clarissimi sentiūt ⁊ psertim Jo. Scotus in pmū sententiaꝝ di. xvij. q. ij vis actiua. qua cū anime ṽtute cui infuerit. habituatus valet ad melius ⁊ laudabilius opandū. De vi ꝯsuetudis quid a Ualerio dicatur hic refe ram. Cretēsis inquit cū acerbissima execratiōe aduersus eos. quos vehe mēter oderūt vti volūt. vt mala ꝯsuetudie delectētur. optāt: modestoqꝫ voti genere efficacissimū vltionis euentū reperiūt: inutiliter em̄ aliquid ꝯcupiscere ⁊ in eo pseuerāter morari exitio cavicina est dulcedo At si vo lūtas mea diligētia studioqꝫ excitata coeperit appetitui dominari. ⁊ ei⁹ feritatem mollire tollēdo. breui si pseuerauerit ⁊ victoria vti sciuerit nec vires remiserit. victrix euadet. ⁊ in altissimam ṽtutis arcē cum victorie

signis euolabit Ad hoc Paulus ad Romanos hortatur: dicens Ergo frēs debitores sumus nō carni. vt scđm carnem viuamus Si em̄ scđm carnem vixeritis moriemini Si aūt spiritu facta carnis mortificaueri/tis. viuetis Uita scꝫ immortali ac sempiterna. quę sola vera est vita et ab omni mortis ꝯtagione semota

¶ Qđ paucoꝝ est appetitum superare Ca. xv.

Ed pauci admodum sunt qui carnis imbecillitate deuicta felicita te tantę victorię potiantur. ea namqꝫ est voluntati cum appetitu concordia. ea familiaritas. ea necessitudo. vt pene nunq̄ꝫ sciat eius plene repugnare blanditijs Docuit hoc cum summa totius humani generis incōmoditate atqꝫ iactura ꝓtoplastus homo. qui cū modo esset ab opifice deo ꝯditus. ꝛ in ꝑfecta membroꝝ corꝑis ꝛanimę virium inte/gritate formatus. ꝑmonitus etiam quid euenturuꝫ esset delinquēti. male suadenti foeminę ne (vt Augustinus inquit) eam quā habebat in de/licijs. ꝯtristaret. assensus est. ex illo tpe coepit verum esse qđ a mose dicit. chi Jezer Jeb Adam Raha Mincabrab. id est qđ latine pluribꝰ ꝟbis explicat: sensus ꝛ cogitatio cordis humani prona est ad malū a iuuētu/te sua: viciū hoc in ramos radice diffusuꝫ indies magis magisqꝫ ꝯualuit. ꝛ senescēte natura quottidie reuirescit Adam rōnis typus ē. appetitꝰ Eua. cū rōem dico suꝑiorem aię ꝑtem q̄ ꝛ voluntatē ꝛ intelligentiā in/cludit intelligo volūtas libera est. facilem tm̄ ꝑsuadet. ꝛ paulo momento huc vel illuc ipellit. appetitus ꝓ libertate carēs sꝑ obstinate ꝛ irreuocabiliter tristiciā fugit. ꝛ sequit voluntatē irreuocabiliter inq̄ꝫ si eū spectes nunq̄ꝫ em̄ seipsum ipse reuocat aut cohibet. sed si suꝑiorem ꝟtutē cui subijcitur aīaduertis reuocari p̄t. vt diximus.

¶ Qđ motui celoꝝ assimilat motꝰ appetitꝰ Ca. xvi.

Ero opere p̄ciū est in his aię potētijs intueri sil'e quiddā motui coeloꝝ quēadmodū em̄ nouę sphęrę qđ est ꝑmum mobile impetu firmamēti ꝛ planetaꝝ orbes quottidie ab ortu ad occasum rapiūt qui diurnus motus appellatur. ꝛ tm̄ dū corsum ferūtur motu q̄daꝫ alio sic ꝯtranitūtur vt quibusdā tꝑm spacijs totū zodiacū retrogrado cursu metiātur Sic ꝛ appetitꝰ quātūuis a rōne regatur. sꝑ tm̄ diuerticula q̄/rens aliquantulū refugit. ꝛ quasi bos plaustro subiugatus ꝛ bubulci sti/mulo pūctus ad carpendū gramem collū intorquet

¶ Quod duplici hominis natura duo spiritus prefecti sunt Capitulū. xvij.

Uic duplici hoīs nature duo (theologi volūt) a deo demones destinātur. vnus qui cū ipse bonus sit ad bonū. alter q̄ iuxta suā nequiciā nos ꝟtat ad malū: qui appetitui fauet genius dr̄ ab āntiquis genius āt ab ingenio dr̄ qd̄ naturā significat vnicuiq; insitā. ⁊ genius q̄ꝛ in geniū hoc est naturā secūdet: appellat̄. Fuerūt etiā phōꝝ quidā qui dixerit singulis reꝝ naturis ⁊ spēbus singulos āgelos attributos qui ꝯseruādis eis curā impenderēt Euclides etiā socraticus duos oīb⁹ hoībus genios appositos dixit. qui ⁊ lares vocātur bonū sc; ⁊ maluz. in cuius sententiā luci⁹ florus venit. cū dixit. bruto postera die ⁊ in prelio morituro ꝑ noctē apparuisse atram quandā imaginē. ⁊ q̄ esset interrogatā tu⁹ malus geni⁹ sum respōdisse. nō em̄ addidisset mal⁹. nisi alterū bonū geniuz existimasset. hi ⁊ penates dicebant̄. qui qm̄ ꝓ eoꝝ seu hoīm seu locoꝝ quib⁹ p̄sunt. custodia. cū alijs larib⁹ pugnāt. ⁊ aliqn̄ supantur dictū est a Uirgilio de Aenea Jlium in italiam portās victosq; penates hęc q̄zq̄z gentilia sint. attigi. q̄ꝛ nō sunt si bonum iudicem inueniāt̄. multum a nostris dogmatib⁹ dissidentia. at de his alias Sed quorsum ista nūc Nempe vt ostenderē non mirum esse paucos ad illam victoriā peruenire. de qua dictū est. ⁊ tamē necesse est vt in paucoꝝ hoc est bonoꝝ catalogo ꝯputemur. ⁊ ab illa infirmitate subtrahamur: de qua scriptū est a sapiētie stultoꝝ infinitus est numerus

Quod miseri sunt qui peccant. Ca. xviij.

Ui ad tantam scelerum immanitatē ꝯfirmato iam peccādi habitu descenderūt. vt nec rōnem audire. nec coelum iam suspicē possint: hi sunt de q̄b⁹ dr̄ ab apostolo. excecauit em̄ eos malicia eorum Eosdem Aristoteles taxat cū inquit in ethicis/ oēm malum esse ignorantē: malus em̄ habitus quasi quędā tenebrosa caligo de vitiorum palude se attollēs lōge amplius q̄z ꝑturbatio seu passio mentem excecat ⁊ ignorātię nocte lumē rōnis abscōdit. licebit hoc experimēto cognoscē si statuātur duo. vnus intēperans, alter incontinēs. intemperantē dicimus q̄ sine vlla repugnātia rōis libidinib⁹ ⁊ voluptatib⁹ immergit̄. incontinēs ꝟo est qui post aliquā pugnam appetit⁹ ⁊ rōis. a fluctu ꝑturbatiōis opprimit̄. Queratur vter eoꝝ grauius crimen putet adulteriū respondebit incōtinens graue sibi videri. ⁊ ꝓpterea se conari ab eo tanq̄z a turpissimo ac foedissimo animi morbo declinare. Intemperans ꝟo cōtemnet forsitan ⁊ ridens respondebit illud quod in sepulchro sardanapuli recitatur inscriptum. Hęc habeo quę edi: quęq; exsaturata libido hausit. Cognosce quantum ignorantię secum ferat mala consuetudo Quis ignorantem non dicat eum qui dicit malum bonum, vel qui graue ma-

tum putet esse leuissimum. Nonne qui trabem dicit esse festucam hebe-
tes habet oculos: et qui ictum gladij culicis aculeum fuisse credat: tardi
oris est sensus.

De tribus stulticie gradibus Ca.xix.

Tres hui⁹ stulticie gradus esse p tres illos mortuos qs Christus suscitauit ostensum est. primus qui in domo sua suscitatus est hos significat qui malis cogitatiōibus allecti veneno peccati intra cō sciētiam admisso. ad extrinsecum opus vel verecūdie freno vel alia qua- vis causa prepediti nō exeunt Secūdus qui extra ciuitatis portaz vite restitutus est. illos ostendit qui cogitationem in opus dixerūt. tāto infe liciores effecti. quāto magis voti compotes extitere Tercius qui in mo- numēto foetens et quatriduane mortis detent⁹ ergastulo. iam amicos in vite desperationem adduxerat. illos signat. qui cogitationem in opus et opus in ꝯsuetudinem habitumqꝫ verterūt. quorum vita plena flagitijs coelo infernoqꝫ detestabilis est. illud obscurꝫ et illaudabile gen⁹ hoīm dū fas et iura subuertit. dum neqꝫ modū neqꝫ modestiā seruat. dum omnis discipline seueritatem abijcit qꝫqꝫ multis presit. lateqꝫ dominetur. vicio tamē ac diabolo seruit dicente Paulo ad Romanos. serui estis eius cui obedistis. et quanqꝫ leui extrinsecus pelle niteat intrinsecus tamen rude- ribus oppletum. tabidum et intolerabili sanie putrefactum est Quanqꝫ sibi multisqꝫ placeat. deo tamen et angelis bonis inuisum infensumqꝫ et est et esse debet: vtpote quod simile sit sepulchris dealbatis. quod vitioꝝ sentina. latrina scelerum. et totius immūdicie cloaca dici possit Propte rea Paulus ad Romanos capite vi. Non ergo inquit regnet peccatuꝫ in vestro mortali corpore. vt obediatis concupiscentijs eius. sed neqꝫ ex- hibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. et Dauid huius spiri tualis morbi foetorem non sustinens clamabat Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee

Quod terrena voluptas breui dilabitur. argumē- tum ab imperatorum exemplis.

Capitu.xx.

Ut qꝫ ea quibus peccatores plurimuꝫ fidunt et q̄ perdite amant breui amissuri sunt nam que subsunt fortune ludibrio: non est eoꝝ diuturna possessio: subijciamus exemplū eoꝝ q̄ apud homines dij fuerūt: q̄ in vita ꝯsecuti sunt q̄cq̄d ꝓmittit t̄rena felicitas de iꝑatoribus

loquor quib⁹ quattuor hec diuitię.potētia.hõnor ꝛ voluptas.q̄ prę ce-
teris oib⁹ mortales mirātur affatim suppetebāt Juli⁹ Cęsar omitto q̄t
curis q̄t laborib⁹ .q̄t piculis ꝛ dispēdijs ꝑuenit ad regnū.id em̄ impossi-
bile relatu est.nec dū plenis velis impio nauigabat.ꝛ ecce ꝯiurationis tē-
pestas exoritur.qua sic oppssus ē.vt trib⁹ ꝛ viginti plagis ꝯfossus obie-
rit C.Caligula postq̄ȝ triēnio ꝛ decē mēsib⁹ imꝑitauit trucidatur a suis
claudius āno iperij .xiiij.venenat᷑ Nero Juuenis adhoc ꝛ in ętatis flo-
re ꝯstitut⁹ q̇ ardēte Roma Troie alosim decātarat.se ipm suo pugione
ꝯfodit Galba senex iperij mēse septio in vrbe ad lacū curij trucidat᷑ ꝛ ei⁹
caput.qd̓ toti orbi legē dixerat a Gregario milite āputatuȝ ad calones
ꝛ lixas ē ꝓiectū Otho nonagesimo q̇nto iperij die seipm pugiōe ꝯfodit
Uitellius cū summa ignomia ex ędib⁹ tractat⁹ luto ꝛ stercore ꝯspersus
mucrone gladij mēto supposito ne prę pudore faciē inclinaret ad scalas
geōnias duct⁹ minutatim excarnificat᷑ Domitian⁹ exoptio prē pessim⁹
filius christianoꝝ ꝑsecutor seuissim⁹ anno iperij sui decimoquito necat᷑
a suis tāto infelicior.quāto ei⁹ potētia diuturnior.ꝓlōgatio em̄ tam sę-
uę tyrānidis quid fuit aliud q̄ȝ coaceruatio diuinę indignatōis Anto-
ninus ꝯmod⁹ oib⁹ (vt aiūt)incōmod⁹ duodecio iperij āno strāgulatur
Helius ꝙ illiberalis esset ꝛ sordib⁹ iperij mēse sexto palā occiditur An-
tonius Caracalla septio iperij sui āno dum leuādę vesicę grā descēdisset
ex equo a ꝑthis opꝑmitur Heliogabal⁹ hō flagiciosissim⁹ quarto iperij
āno tumultu militū enecatur Deci⁹ christianoꝝ inimic⁹ iperij āno scd̓o
a barbaris ē occisus cadauere ei⁹ nusq̄ȝ reperto Ualerian⁹ qui cū gallie-
no regnauit capt⁹ a pacoro ꝑthoꝝ rege nō occisus statim sȝ ad diuturnā
mortē reseruat⁹ .erat em̄ ei equū ascēdēti scabellū pedū:qd̓ aliter d̓r sup-
pedaneū sȝ quid ꝑgo tyrānoꝝ cędes recēsere.versu illo satyrico ꝯcluden-
dū Ad generꝝ cereris sine cęde ꝛ sanguine pauci:descendūt reges ꝛ sicca
morte Tyrāni Hic citari posset Antimachus poeta grec⁹.qui cū dolo-
rem suū quē e morte charissimę ꝯiugis Lysidices ꝯcępat emolire vellȝ
elegiā scripsit in qua calamitates oēs beroū alti⁹ repetēs nūerauit.sȝ ad
pn̄s ista sufficiāt.hęc āt dicta sunt vt memīeri breue ꝛ itercisum esse oē
qd̓ in hac vita nos allicit.longū ꝛ ꝑenne omne qd̓ cruciat.nā vt poeta
inquit nulla ē syncera voluptas.ꝛ dulcedini sꝑ amaritudo ꝑmixta ē qd̓
Homeus poeta clarissim⁹ innuit cū d̓t Jn limine Jouis duo dolia po-
sita Unū mellis.alterꝝ fellis plenū ꝛ singulis aīab⁹ e Coelo in corpa de-
scendētibus ex vtroq̄ȝ dolio portionē dari .

¶ Testimonia ex sacra scriptura idem probantia. Ca.xxi.

His attestatur qd in psalmo dr vidi impiu sup exaltatuꝛ excelsum sup cedros libani. ꝛ transiui ecce no erat. ꝛ iter viri sanguinu ꝛ dolosi no dimidiabut dies suos. ꝛ si aliqn prospero negocioꝝ cursu letant. si peccare no desinut verificat in eis qd Claudian inqt Tolluntur in altu. vt lapsum grauiore ruat. ꝛ in psalmo dr Tu vero de deduces eos in puteu interit Audire no pigeat qd in alio psalmo scissimus Dauid de hoc pessimo hoim gne sit locut. ꝛ quib eos vbis insectetur. Sic em inquit: qd gloriaris in malicia q potes es iniqtate. tota die in iusticia cogitauit Lingua tua. sicut nouacula acuta fecisti dolu. Dilexisti malicia sup bonitate eu qtate magis loq q eqtate. dilexisti vba pcipitati ois lingua dolosa Proptea de subuertet te in fine. euellet te. ꝛ relegabit ac trasmigrare te faciet a tabernaculo tuo ꝛ radice tua de terra viuentiu Uidebut iusti ꝛ timebut ꝛ sup eu ridebut. ꝛ dicet Ecce ho qui no posuit deu adiutore suu. Sz sperauit in multitudie diuitiaꝝ suaꝝ ꝛ pualuit in vanitate sua Hacten Dauid: alibi qz dt Inimici at dei mox vt honorificati fuerit ꝛ exaltati. deficietes queadmodu fum deficiet. huioi hoies igitur du se in pune peccare aduertut. du patietia dei male vtutur. du oibus libidib suis pfruunt deu negat: pudentia irridet. gen aliud vite no putat. ꝛ psuasi aiam interire cu corpe. post morte nihil nos futuros existimat. immo ꝛ desiderat. ne omissoꝝ sceleꝝ poenas luat Idcirco dr in psalmo. ho cum in honore esset no intellexit Copatus est iumetis insipientibus. ꝛ similis factus est illis

De hominis excellentia Ca. xxij.

Ite queso: qd iam diu tn vidisse te credo. Sz recole mo in quanta excelletia ostitutus est ho Ut pcipias q ingrat sit deo. qui passim pstituit se diabolo Est em tate pspicacitatis suapte natura ho. vt ingenio suo disciplinas oes ac artes excuderit. At quo id factum Aristoteles in pmo libro metaphysice indicat dices. hoiem Cui ocium suppetebat. postq sepe piclitatis in rebus ac comin notis diu se exercuit. ꝛ acta ac eueta memoria collegit. fecisse artes atq disciplinas. nihil est aliud q qd. A. Gellius refert dixisse Afraniu poeta in togata cui hi vsus sunt Usus me genuit. mr pepit memoria. sophia vocat me graij. vos sapiam. s Aristotelis sectatores ꝛ psertim Eustratius in ethica psecuti sunt dicetes. ex his q eodem mo necario sp eueniut pduxisse scientia. a cui regulis nihil excipit. ex his vo q non sp sed tn vt plurimu accidut. arte fcam. qua qr multas exceptioes admittit. ꝛ fallere interdu videt artifice: dixit Agathon fortune amica. At que sepe fiut nec tn vt plurimu: sub arte redigi nequiuisse. s circa ea vsari prudentia. de his em

hoies ꝯsultando deliberāt. Que autem ꝑ quam raro apparent neq̨ scię neq̨ arti neq̨ consilio subdita casui ac fortunę reliquerūt. Hęc igit sunt humanę ꝑspicacitatis indicia. quę Plini⁹ natural' historę libro septīo. capite. lvi. Joānis etiam Tortelius in dcōne horologiū tribuētes sua inuēta singulis autorib⁹ latinis ꝓsequūtur. Tāte etiā sublimitatis est hō vt oīm q̄ coelo continenť. immo ⁊ coeli ipsius ac dei sit Capax. Vn̄ philosophi gētiles multa de deo recte tradiderūt Vt ꝙ vnus: ꝙ immēsus ꝙ in corporeus: ꝙ sempitern⁹. ꝙ optim⁹. ꝙ oīpotens. ꝙ sp̄ vigilās. ꝙ affectibus carēs. ꝙ mūdi opifex: ꝙ prim⁹ motor: ꝙ finis oīm atq̨ pricipiū ⁊ de hoc gen⁹ alijs tam multa recte pceperunt. vt magna ps Theologię nrē ab eis accepta sit. Coelum autē qd̄ tāto interuallo remotū est sic ducēte te oculoꝝ acie ratio penetrauit. vt polos. vt axes equinoctialē. eclipticā maximas solis declinatōes. tropicos. arcticū. ⁊ antarcticū Circulos necnō ⁊ apsidas seu epicyclos. motus etiā planetaꝝ ⁊ firmamēti ita dep̄henderit. vt q̄ diligenter supputare ⁊ ad calculū matheseos reducere voluerit vix errare vnq̨ possit Qd̄ exemplo declaratur Hipparchi. ipse ē teste Plinio solis ⁊ lunę cursus ⁊ eclipses in sexcētos ānos seculo ipso attestāte pcinuit nō minus veraciter. q̨ si ꝯsilioꝝ naturę pticeps fuisset. Tanti insup vigoris est. vt sit ei⁹ aīo celeritas vēto citatior igne volucrior. tātę felicitatis. vt sit paulomin⁹ minutis ab āgelis. sicut ꝓpheta inquit. ⁊ vt philosophi dicūt in ęternitatis horizonte locat⁹. hoc est rebus ęternis ꝓpinquissim⁹. ⁊ quo ad aīm pticeps ęternitatis Horizontē nāq̨ vocāt Astronomi Circulū. quo visus terminať ⁊ hemisphęria diuidūtur. ⁊ dicūt hoīem in eo ꝯstitutū. ꝙ imaginati sint naturaꝝ oīm ꝯgeriē distribui in duas ptes. quasi in duo hemisphęria mūdi hemisphęrijs iō similia. q: sicut mūdi sic ⁊ naturaꝝ vna ꝯgeries q̄ ęterna ꝯplectiť nos latet. altera ꝟo quę tpe mensurať apparet. hō igiť in hoꝝ hemisphęrioꝝ cōfinio poniť. q: corporea mole corpalia. ⁊ animi īmortalitate cōtingit ęterna. ⁊ est vtroꝝq̨ quoddā pticipiū ptē sui in hoc ptem in hemisphęrium illud extēdens Sortitus etiā corpus qd̄ mortalitatē possit induere ad imaginē q̄z dei factus Omniū pręteā animantiū dn̄s habēs ad custodiam sui angelos quasi satellites. aut pędagogos. Coeli insup nisi deū ꝯtemnet heres futurus. demonib⁹ hoc est āgelis malis ⁊ apostatis iperat Unde hermes Trismegistus dixit hoīem tātę sublimitatis. vt deos faciēdi habeat facultatē Statuis eī̄ fabrefactis dęmones ad inhabitādum eas magicis artib⁹ inducebāt. ⁊ eas quasi animatas prodijs habebant. Insuper ⁊ promerendi paradisum habet arbitrium. ⁊ vt in secundo phisicorum meminit Aristoteles homo quodāmodo finis est omnium. ⁊ vt Plinius in principio septimi libri de historia naturali dicit. ca

sa hominis vitet cuncta alia genuisse natura. Et idcirco prędictus Hermes Trismegistus. homo inquit magnum est miraculum o: Asclepi. & in secundo libro Astronomicon. M. Manlius de homine loquens ita inquit Eximiam natura dedit linguamq₃ capaxq₃ Ingenium volucrē q₃ animum. quem deniq₃ in vnum Descēdit deus atq₃ habitat ipsumq₃ requirit Et in tāto demens ɔstitutus honore. dum appetitū magis q₃ rationem sequitur. ɔparat iumētis insipiētibus. q̄ nullo rōnis moderamine sed solo impetu ferūtur appetitus

Que sit summa hominis miseria Capitulum. xxiij.

[S]tatus igitur iste flagitiosorum hominum summę miserię qua nulla in hac vita maior esse potest. status est. summa em̄ miseria culpa est. Nam & ipsi damnati & ęternis poenis addicti magis eo ꝙ culpis sordeant. q₃ ꝙ poenis doleant miseri sunt: & ꝙ miserię plus in sit culpę q̄₃ poenę: si vacat & placidi rationem admittitis edam. quod em̄ peius est. id miserius. at culpa peior est q̄₃ poena Quid inquā peior: immo neq₃ mala est poena cum iusta sit. omne em̄ iustum bonum Sed malum dupliciter dici planum est. malum sc₃ simpliciter & vt Theologi dicunt malum huic. & fieri potest vt quod simpliciter bonū sit. huic malum. Sicut poena. quę simpliciter bona cum sit. est tamē huic mala quē cruciat. mala autem dicitur ꝙ bonum quoddam tollat. sed quoddam bonum. neq₃ enim simpliciter dicitur bonum. sed tripliciter. bonorum em̄ quoddam honestum. quoddam vtile. quoddā delectabile. poena de qua ē sermo non omnis boni genus. sed eius quod delectat expungit. et q₃ qd̄ honestum est non solum non destruit sed fulcit. simpliciter bona est huic tamen mala qui plectitur. quia per eam voluptate priuatur. Sed age dic vtrum optabilius puniri insontem an sontem absolui: vel quod idipsum est culpa sine tortura. an tortura sine culpa. Si appetitum consulas. si beluarū prudentia vtaris: modo impune feras culpam ridebis At si mentem interrogas & coelum suspexeris. nō molestias tantum vitę naturalis: verumetiam carcerem. seruitutem. morbos. infamiam. ferrum incendia mortem deniq₃ ipsam culpę antepones. Legimus admirandę fortitudinis exemplum singulare Cui simile non habet gentilis antiquitas. Septē mulieres Cappa doces dum cruorē Blasij martyris. cuius agonē admirātes ɔuersę fuerāt. prone humi spongia colligunt. obiecto christianitatis titulo trahunt ad presidem. & cū post multas cōminationes inuictę persisterent ministri magistratus genus omne tormētorum

exponũt. Lamias eculeũ plumbũ liquefactũ. ⁊ illos pectines ferreos. q̃bus Blasiũ mõ discerpserãt: ad incutiendũ terrorẽ intentãt. ⁊ quo sit in spectaculo plus energie. qꝛ ꝯtraria mutuo se exaggerãt ad nũeꝝ mulieꝝ septẽ thoraces igne cãdentes ad leuã. septem ꝟo vestes xylinas mollissimas atqꝫ cãdissimas ad dextrã collocãt. iubẽtur vtrũ malint ad nudũ induãt Una illaꝝ relictis duob⁹ infantulis q̃s secũ habebat cursu concita vestes xylinas corripuit. ⁊ in ignẽ negãde fidei incitamẽta ꝓiecit Nõ ẽ ad aspectũ tam terribiliũ pœnaꝝ exterrita mulier. nõ ploratu natoꝝ mĩ elãguit duriora morte tormẽta nõ horruit ſꝫ naturã vincẽte ꝯstãtia thoracẽ ignitũ ad carnẽ induit̃ O rẽ antea nunqꝫ auditã O facin⁹ dignuꝫ ęterna memoria O exẽplũ ad ꝯfirmãdos debiles efficacissimũ. Nos ãt a maiorib⁹ nr̃is tm̃ degenerauim⁹ tm̃ ab antiqua ꝟtute recessim⁹: vt vel minimo incõmodo vsqꝫ ad dei blasphemiã ꝓlabamur

De delectatiõe et an sit peccatũ Ca. xxiiij

Onducere ꝓposito satis arbitror. si ad ea q̃ de ꝯcupiscibili atqꝫ irascibili disserebã redeam⁹ Dixi ꝯcupiscibilẽ vim in ea tm̃ q̃ delectãt ⁊ irascibilẽ in ea toto ĩpetu ferri. q̃ labefactare videtur voluptatẽ. hec igit̃ ita se hñt sed alti⁹ ac intimius mẽte ꝑgam⁹. rem recõditã cognitu dignissimã. ⁊ ex phõꝝ ac theologoꝝ arcanis depromptã accipito Si ꝯcupiscibilis qd̕ cupit assequit̃. ⁊ voti ꝯpos fiat repẽte ex victoria gaudiũ innascit̃. flãmescit accẽditur Si ꝯsequi neq̃t: aut si quicqꝫ offendit qd̕ offendat. tristiciã in currit gaudiũ ⁊ tristicia opatiões non sunt ſꝫ ab opatiõe neccãrio ꝓfluũt. sicut palati delectatio non est ipsa cibi ꝯtritio. ſꝫ ex ꝯtritiõe. sicut lux ex sole. calor ex igne ⁊ pulchritudo ex iuuẽtute ꝯsurgit. ꝓptẽa ⁊ si opatio ipsa in nr̃ã est ptãte vt amare ⁊ odisse. positis tm̃ opatiõibus. delectatio aut tristicia velim⁹ nolim⁹ sensum ĩuadit sicut in nr̃ã est ptãte ignẽ accẽdere at cũ accẽsus ẽ. velim⁹ nolum⁹. splendet ⁊ calet Hinc Plato dixit aĩas fieri malas nõ spõte ſꝫ inuitas Nã licet peccãdi opatio sit libera: tñ habit⁹ malus q̃ nobis malicię notã inurit ex actiõe libera neccãrio surgit. ⁊ aĩam inuitã capit ⁊ irretit. ex liberis ergo actiõib⁹ q̃dã neccãrio ⁊ naturaliter ꝓdeũt, vt passiões ⁊ habit⁹ Dolor igit̃ corpis ⁊ animi tristicia silr̃ gaudiũ ⁊ delectatio opatiões nõ sunt veꝝ ex opatiõib⁹ surgunt. amare ⁊ odisse qd̕ est volũtatis. sensisse pcipere qd̕ spectat ad sensum opatiões sunt. ⁊ ex his oriũtur ea q̃ predixi moeror leticia. dolor ⁊ voluptas. quas latini ꝑturbatiões. nouĩ Theologi passiones Greci ΠΑΘΗ dicũt Et idcirco eos q̃ natura vel more sunt rigidi nec vllis affectib⁹ inflectũt̃ quales legim⁹. Diogenẽ. Pyrrhonẽ Heraclitũ: Timonẽ. apathes hoc ẽ imperturbabiles vocãt. nõ igit̃ in ꝑturba

tione actiōis. s3 in ipsa actiōe peccatum est Si rem turpē amas. peccas delectatio ꝛ libido. q̄ ex amore turpitudis manāt peccatū nō est pptea si ad flagitiosum opus inuit⁹ venias. q̄q̄ adsit voluptas. nō tamē peccas Si ṽo ad honestum facinus vltro te ꝯferas. ꝛ si nō delectaris tamen recte agis: habes ergo in ope sine tristicia officium. ꝛ sine omni delectatōe peccatū In ope igit̄ pręcedēte nō in affectiōe sequēte laus ꝛ vituperiū virtus ꝛ vicium Lucrum ꝛ damnum.

¶ Redargutio quorūdam theologorum de delectatione loquentium. Ca. xxv

Inc seq̄tur mīme verū esse quod d̄r ad mēsuram malarū voluptatū torqueri malos in inferno Sunt em̄ plerīq̄ q̄rū animus est ad peccata ꝓmptissimus. s3 corp⁹ ęgrum ex cui⁹ habitu friget appetit⁹ resistit voluptati. nō ergo delectatio q̄ pendet ex membris. sed interior actio q̄ pendet ex aīo rō penarū atq̄ mensura ē. Locus aūt apocalypsis quem allegāt sic est exponēdus quātum glorificauit se ꝛ in delicijs fuit. hoc est quātum delcāri studuit vel quātę se delcātioni exposuit. mos em̄ scripture est vt nunq̄ effectus ꝓ cā ponatur sic erubescere ꝓ verecundari excandescere ꝓ irasci. gestire ꝑ gaudere frequēter vsurpant. hoc etiā ab aliq̄bus theologis sic enarratur. vt delcātōem duplicē dicāt. vnā q̄ operationem an̄cedat. ꝛ hoīem ad peccandū irritet. alteram quā volūtas appetitu inardescēte corrupta ex ope expectat vt ei fruendo se totam immergat huic scd̄e ꝯmensurari aiunt pœnas. q̄bus ꝯtradicimus ca rōne q̄ volūtas non semꝑ voluptatem quam optat asseq̄tur. nō ergo deus delecttōi quam peccās ꝑcipit. sed ei quam ex pctō sperauit tormēta retribuit Appetitus ergo sensibilis vt cœpimus enarrare. se rem gratā offendit. exultat ꝛ gestit. si in quidpiā qd̄ offendit. incurrit mœrore deijcitur Tūc irascibilis ꝓ ꝯcupiscibili pugnās. qd̄ nocet aggreditur. ꝛ si voti cōpos sit exultat. sin āt non p̄t. tristatur ꝛ lāguet Nec quisquā oro. me redarguat q̄ in enarrādis his ṽbosior fuerim. nam q̄ maior sermonis ṽtus est. q̄ vt apertus sit: Adde q̄ si vt Augustinus inq̄t dicē nihil est aliud q̄ qd̄ aīo ꝯtines auditori sermōe ostendere. Certe q̄ dicēdo id nō ꝯseq̄tur vt intelligatur dixisse nō videtur. sed iam ad cętera festinemus

¶ Quid sit virt⁹ ꝛ viciū. ꝛ in q̄ sita sint Ca. xxvi.

Abes iam q̄d vitium. quid nūc sit ṽtus Est namq̄ ṽt⁹ in ꝯcupiscibili seu irascibili habitus ꝑ morem acq̄sit⁹ vires istas legi subijciens ꝛ ad omne rōnis imperium hoīem semꝑ prouocans ꝛ inclinans. per morem acq̄situs inde dictū est. vt nō putes ṽtutē moralē instar sciē

a pceptore infundi. aut id v̄tutis esse qd̄ natura sua spōte pduxit Sunt em plerīqꝫ natura neqꝫ scurre neqꝫ rustici sed vrbani. sed id nō est in eis v̄tus. at q̄dam poti⁹ nature felicitas ac dei donum Qd̄ crassus au⁹ crassi q̄ a parthis intereptus est nunq̄ʒ riserit Antonia Drusi nunq̄ʒ spuerit Pomponius ↄsularis poeta nunq̄ʒ ructarit. natura id pstitit. non v̄tus proptea id in eis vt Aristoteles docet neqꝫ laude neqꝫ vitupio dignū fuit. At q̄ Socrates sp eodem vultu neqꝫ hilari nimis neqꝫ turbulēto visus sit. id in eo viro sapia claro v̄tutem existimo Uicium v̄o in eisdem potentijs habitus est p morem inductus ad ea tm̄ inclinās. q̄ sensui placeāt ꝛ applaudāt Cum assueuit ergo ↄcupiscibilis parere rōni Cōsuetudo hec tempantia est. qua suadēte ↄsuetis hō abstinet voluptatibus ꝛ a vitio quasi ab extasi in se reuersum turpitudis sue pudet ac poenitet Est igit̄ bonus habitus aīe sanitas. nā sicut corpus tum demū benevalere a medicis d̄r cum ꝛ recte opat̄ ꝛ a ↄtrarijs nō facile vincit̄. sic scd̄m phōs atqꝫ theologos tum animus est incolumis cū fm rōem agit ꝛ incitamētis malis nō assentit hoc p v̄tutē habet̄ Uirtus igit̄. vt ex sentētia Platonis añ iam diximus. aīe sanitas est. q̄ si sanitas est ꝛ pfectio.

De quibus deinceps agendum. et quantum valeat ex artetertare. Ca. xxvij.

Unt Aristotele teste in p̄mo scd̄oqꝫ ethicoꝝ libris in diuersis aīe potētijs p ingenio ꝛ natura ipsaꝝ diuersi habitus speciesqꝫ v̄tutū Uerꝫ post habitis alijs de his tm̄ agem⁹. q̄ in irascibili collantur. qm̄ hec sunt q̄ plurimum valēt animi tuo morbo ↄducere. de fortitudine scꝫ ac patiētia. de spe ꝛ lōganimitate. de pseuerātia ꝛ fide subijcientes aliqua relatōe digna memorie iucūda. dulcia auditui. necessaria vsui. has v̄tuteꝫ si tibi ↄciliaueris si familiares. ac ↄtubernales habueris nullius hostis vim formidabis. ex omni periculoerueris in omni certamine coronaberis. nam cum ab inicio scōꝝ comites sp extiterint ꝛ eoruꝫ strategemata viderint. docebūt te certare legitime. qd̄ quāti momēti sit audi Paulum dicētem. nō coronabit̄ nisi qui legitime certauerit Certāt illi legitime qui bellice rei pitiam habēt. peritiam autem illi habent. qui exercētur diu scd̄m artem. q̄ postq̄ʒ transiuit in habitū. nature vim sic euat. vt par diuinitati nescio qd̄ addat. Subijciā hic ex libro vegetij de re militari p̄mū Caput. vt cognito qd̄ in corpalib⁹ bellis certādi lex valeat. Certare spūaliter tāto magis discas quāto hoīs magis iterest vicia supare q̄ʒ hoīes igitur eius hec v̄ba sunt in omni prelio non tam multitudo ꝛ v̄tus in docta q̄ʒ ars ꝛ exercitium solet prestare victoriā. Nulla em̄ alia re videmus populum Romanū sibi orbem subiecisse terraꝝ nisi

armorum exercitio. disciplina castrorum. atq3 vsu militie. Quid enim ad uersus gallorum multitudinē paucitas Romanorum valuisset. Quid aduersus germanorum proceritatē breuitas potuisset audere. hispanos quidem nō tm̄ numero sed etiam viribus corporū nostris prestitisse manifestum est. Aphrorum dolis atq3 diuitijs sp̄ impares fuimus. grecorum artibus prudētiaq3 nos vinci nemo vnq3 dubitauit. sed aduersus hec oīa profuit Tyronem solertem eligere ius. vt ita dixerim. armorum docere. quotidiano exercitio laborare. quecūq3 in acie euenire prelijs possent omnia campestri meditatōe predíscere. τ quotidiano exercitio roborare. seuere in desides vindicādo. sciētia enim rei bellice dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit: quod se bene didicisse cōfidit. Et enim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est. Rudis τ indocta multitudo exposita semp̄ ad cedem. hec Vegetius. ex quibus cōstat. q̄ si tanta diligētia in spūalibus bellis hoīes vterentur. quāta in corpalibus vsi sunt Romani. q̄3q̄3 sit hoīe diabolus τ longi tēporis experiētia τ ingenij perspicacia. τ motus velocitate prestātior sp̄ tamē victores essemus Nam quod habet minus a demone nostra natura. suppleret deus p̄ gratiā. si nostram videret solertem industriā Aristoteles in ethicis in v̄tutibus inq̄t. scire ipsu3 parū est. immo nihil. vti vero atq3 exercere plurimū. immo totum. τ ibidem cōtra ignauos inuehit dicens Sed pleriq3 nō ita agūt. verum ad disputationes fabulasq3 conuersi putant se optime philosophari. egrotos imitari qui v̄ba medicorū audiunt q̄dem diligēter faciūt autem nihil ex his que sibi precepta sunt Ut ergo illorum corpibus non bene erit. qui ita curātur ita nec illorum animis. qui ita philosophātur

Que sunt arma spiritualia homini cum diabolo pugnaturo. Ca. xxviij.

Fortasse me miraberis q̄ tibi quiescere volenti τ pacifico homini proponam militiam. bellum persuadeam. τ ad tyrocinij rudimenta solicitem. At te reuertere. rationem consule. τ videbis hoc esse salutare consilium. putas ne te inter hostium castra victurum in pace animaduerte vbi sis. vbi cubes. in mundo in carne constitute anime. q̄ quies que securitas que pax esse potest. Memor esto visionis beatissimi viri Antonij Abbatis qui in excessum mentis positus vidit totum orbē laqueis impeditū. Tota scriptura sacra ad arma clamante. tibi p̄suadens in pace viuere? Militia est vita hoīs sup̄ terrā dixit Job. ipsi scōr̄ pricipes Apl̄i. τ ipsor̄ primi Petrus τ Paul⁹ τ pugnādū nobis esse τ pugnādi artē τ armaturā docēt. Petr⁹ enim inq̄t. Sobrij estote τ vigilate in

orōibus. qꝛ aduersarius vester diabolus tanq̄ȝ leo rugiēs circuit querēs
quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Ecce bellandū, d̾t hostē osten
dit. ꝑiculū nunciat arma demōstrat sobrietatē. orōem fidem. his armis
cū diabolo est nō ferro nec funda dimicandū. hostis eī qualitas docet ar-
maturā aliter cū gallis. alter cū parthis. alter cuȝ liberis. alter cū seruis
decernendū. ꝓptēa Paulus ad epheseos scribēs admonet eos cuȝ q̄ sint
hoste ꝯgressuri. nō est nobis inq̄t colluctatio tm̄ aduersus carnē ⁊ sang
uinē sȝ aduersus ꝑncipes ⁊ ptātes aduersus mūdi rectores tenebraꝝ ha
rū ꝯtra spūalia neq̄cię in cęlestib⁹ aduersus igit̃ spūales hostes q̄ certāt
ꝑ cęlesti hēditate tollēda spūalia arma sunt habēda. ⁊ quenā ea sint. bon⁹
armoꝝ doctor Paul⁹ expssit ꝓptēa inq̄t accipite armaturā dei vt possi-
tis resistē. in die malo Armatura dei ꝟtutes sunt. q̄b⁹ munit⁹ hō interi
or nō timeat a timore nocturno. a sagitta volāte ī die. a negocio ꝑambu
lāte in tenebris ab incursu ⁊ demonio meridiano Et subinfert stare ergo
succincti lūbos vr̄os in ꝟitate. hoc est vere ꝯtimentes estote. nam q̄ in a
gone ꝯtendūt ab oībus abstinēt. ⁊ illi quidē vt marcescibilē coronā acci
piāt. nos āt incorruptā Lumbos succingē est libidinē ac libidinis istru
mēta velare ligare ꝯficē. Unde ⁊ succintoriū d̾r vestis qua pudēda ve-
lātur. a lumbis libido re ⁊ noīe descēdit. d̾r em̄ libido ⁊ lubedo quasi lum
bedo. sicut libet ⁊ lubet. ⁊ vtrūq̄ȝ apud vetēs in vsu fuit Un̄ ⁊ eq̄s libidis
pruritū incūtib⁹ lumbos ꝑcutiūt. ⁊ subiūgit induti loricā iusticię Est āt
iusticia q̄dam ꝑticularis diuisa in distributiuā ⁊ ꝯmutatiuam. ⁊ hęc est
quattuor Cardinaliū vna est ⁊ iusticia generalis ꝟtus. q̄ sit totius legis
obseruatio legalis appellata. de qua d̾r ab Euripede. neq̄ȝ lucifer. neq̄ȝ
hesperus ita mirabil̾. hęc igit̃ loricę ꝯꝑatur. q̄ armatura ē ⁊ munimētuȝ
corꝑis quale in antiq̄s impatoꝝ statuis videm⁹ habēs etiā cuȝ numini
addit̃ Medusam in pectore. nō ociose significatiōis signū. ⁊ de hac quę
ęgis d̾r puto Paulū intellexisse lorica em̄ cū Medusę capite iusticiam
nō ꝑticularē sed legalē signat quę arca est illa ꝓmethei in qua ꝟtutes ō
nes inclusit Hesiod⁹. ⁊ bene numini attribuitur. q̄ eam iusticiā habere
diuinum sit ꝓptēa loco ꝑdicto addidit Paul⁹ vt possitis resistere in die
malo. ⁊ in oībus ꝑfecti stare Perfectus em̄ nō est. nisi q̄ aīo iusticiā lega
lem hoc est oēm ꝟtutē amplectit̃ huic loricę Meduse caput id est saxi-
fica ꝟtus inscribit̃. qꝛ aspectū viri q̄ omni ꝟtute sit ꝑditus abhorrēt de-
mōes ⁊ ꝑ timore stupiditate ꝯtracta lapidescūt. Et notandū q̄ armatu
rā grauem Paul⁹ instituit cū iusticiam legalem nominauit Est em̄ du
plex armatura grauis ⁊ leuis. hęc quędā arma illa oīa continet qui leui
vtūtur ferētarios q̄ vero graui cataphrattos vocant quo innuitur aīam
volētem de diabolo triūphare omnibus armis muniri ⁊ cataphrattam

esse oportere Subdit Paulus Calciati pedes in pparatõe euãgelij pa-
cis. quo pcepto imbuitur tyro spũalis. vt omnes aię vires. q̃ mouendi
corpis fungũtur officio. semper paratas habeat. Et ad capessenda iussa
diuina expeditas ꝛ promptas. Sic etiam a magistris rei militaris iu-
niores in pmis ad gradum. ad cursum ad saltum instruũtur. ꝛ de Pom
peio Salustius dt. q cũ alacribus saltu. cũ velocibus cursu. cũ validis
vecte certabat. nec em aliter potuisset p esse sertorio. nisi se ꝛ milites fre-
quẽtibus exercitijs parasset ad prelia. Prosequitur Apostolus in oib⁹
sumẽtes scutum fidei. in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extigue-
re Cõtra diaboli tela flagrãtia ptendendũ est scutũ. nõ Crystallum illud
palladis quo ꝯtra Medusam vsus est Mercurius. non qd̃ fabrefecit.
Aeneę vulcanus. s3 alteri⁹ materię. alteri⁹ artis. tela em̃ diaboli nõ sunt
ignea. nõ sunt fulmina. nõ sunt phalaricę. nõ sunt malta. qua Comage-
ne luculli Romani fugauit exercitum inuisibilia sunt tela appetitum ita
succendẽtia. vt hoies illis sauciati se se in mortem sponte pcipitẽt Illoꝝ
autem vim fides extinguit. subiũgit Paulus. ꝛ galeam salutis assumi-
te. galea q̃ cassis dr munimẽtũ est capitis. quo datur intelligi oportere
omnis sensus qui sortiũtur sedem in capite. defensos esse memoria ꝛ desi
derio salutis eternę. Sũt autem vt physici volũt sensus decem. quinq3
exteriores qui omnibus patẽt. ꝛ interiores totidem. sc3 sensus quẽ cõmu-
nem vocãt phãtasia. imaginatio. estimatiua. memoria. his ita vtendum
vt nihil imaginemur. nihil cogitemur. nihil in memoriam trãsire sina
mus. nisi pium honestum. salutare diuinum. Idcirco dr a ppheta Cogi
tatio scã seruabit te. Turpes ꝛ imundę cogitatões ministri sunt sathanę.
ꝛ q̃3q3 animo blandiãtur. cauendũ tñ ab eis tãq3 ab hostibus quoꝝ tan
to piculosior est hostilitas quãto illecebrosior est calliditas Arma q̃ hac
tenus memorauimus quandã patiẽtię spẽm ideo pre se ferũt. q sunt nõ
ad offendendũ idonea. sed magis seruãde saluti nostrę cuitãdis accom-
modata vulnerib⁹ At qd̃ addit Paulus Gladi⁹ sc3 spũs qd̃ est v̾bum
dei ad fortitudis naturã accedit. eius em̃ est. vt sępe iam diximus. nõ pa
ti solum. sed etiã cum oportet iacturam inferre. vno autem modo v̾bum
dei est christus. de quo Paulus ad hebreos. viu⁹ ẽ inquit sermo dei ꝛ ef
ficax. ꝛ penetrabilior oĩ gladio ancipiti. ꝛ ptingens vsq3 ad diuisionẽ spi
ritus ꝛ aię: quia diuidit appetitum a rõne. alio mõ quicquid inspirante
deo sancti loquũtur. est v̾bum dei. quo gladio vsus est Stephanus cũ sta
ret in ꝯcilio ꝯtra iudeos Proptea de iudeis dr dissecabãtur cordibus ꝛ
stridebãt dentibus in eũ. vsus est ꝛ ipse christus. cum post ieiunium qua
draginta dierum est ꝯgressus in deserto cum diabolo. Exorciste qui lati
ne adiuratores dicũtur diuinorum v̾borum vires agnoscũt. ꝛ ei⁹ pcipue

nominis. qđ quia quattuor lrīs scribitur tetragrāmaton dr. p quo nos dominus hebrei ꝟo legunt adonai. Qui ergo pdictis armis se mumie rit, erit ille fortis armatus. de quo christus dr in euāgelio Cū inquit fortis armat⁹ custodit atriū. in pace sunt omnia q̄ possidet Sic ergo instructus stabis ad ianuam Sūt autem ianua sensus exteriores. atrium ꝟo interiores. ꝛ ɔsciētię domū ita custodies. vt ab hostili defendatur ingressu. Si in pricipio pugnę fortiter feceris. ꝛ instar Torquati hostis deieceris. arcem rōnis oppugnantes a rege nostro breui conorabēris Et vt de pugna magis q̄ꝫ de pace cogites. paucis ita ɔcludo Tota hoīs vita ē pugna vel seruitus. dum tu pacem cogitas. vitia te impugnāt si no pugnas. vinceris. si vinceris seruis. vita ergo est pugna vel seruitus. quem pugnare piget. seruire oportet. Et si qui impij sunt qui pacē habere videantur. pax ista non est pax. qꝛ nō est pax impijs. dr dn̄s. sed habere pacē videntur, qꝛ spōte seruitium ferūt. ꝛ se diaboli fecere mācipia Dicat ergo aīa mēbris corpis q̄ pugne diuturn⁹ labor offendit illud Maronis

O socij (neqꝫ enim ignari sumus ante laborum)
O passi grauiora. dabit deus his quoqꝫ finem
Duratę. ꝛ vosmet rebus seruate secundis.

¶ Quo fine sanitas querenda est. Ca. xxix.

Icturus de his ꝟtutibus ne interdicēdum tibi grauius subrepat incōmodum. statui te paucis admonere. ne in eoꝝ sententiam venias. qui cū ęgrotant. tāto desiderio sanitatis vrgentur. vt hippocratis ꝛ Auicēnę remedijs nō contēti vsqꝫ ad deliramēta vetulaꝝ ꝛ magicas incantatiōes insaniāt: accipe igitur hoc nrē militię documentum ꝛ more romanoꝝ disce in pace ita dimicare. vt cum bellum ingruerit nō frangare. Quotiēs igitur inīcūdi quid accidit. quid appetitum ꝛ sensum offendat. vt phthisis. febris. morbusue alius licet displiceat toto conatu contine irascibilem. ne ad ppellendum repēte ɔsurgat Cōsueuit ei temerarie niti ꝛ impetuose rōnem anteire. ꝛ id theologi surreptiōem vocāt. ante igitur rōem ɔsulito. quę est rectitudīs index. ꝛ in regno animę dei vicaria. ꝛ an morb⁹ hic ferēdus an abigendus sit in vestigia rn̄ debit rō pythagoricū illud. curādum est vt sit mens sana in corpe sano. nā corpus aīę tanqꝫ instrumētū a deo tributū est. vt ad id qđ rō posceret. se idoneū ꝛ obtemperās exhiberet. at cum infirmuꝫ est: neqꝫ in publicis neqꝫ in pꝛuatis negocijs seruit. ꝛ tūc animus corpe quasi ɔpede quadem ppeditus a naturę ꝛ ꝟtutis cessat officijs fitqꝫ contra naturam membroꝝ seruus. q̄ moderari debet ac regere Dicit em Crispus: animi imperio. corporis seruitio magis vtimur Rōnis ista quidem pbabilis est. ꝛ ęqua re

sponsio. cui etiam Pauli apostoli ad Timotheũ scribẽtis cõsentit autoritas Sic em̃ ait Noli adhuc aquas bibere. sed modico vino vtere ꝓpter stomachũ tuũ. ⁊ frequẽtes tuas infirmitates Appetitus ꝟo ⁊ ipse sanitatẽ suadet vt rõ. fine tamẽ differt. optat em̃ sanari ac bene valere nõ vt examussim ⁊ castigate operet. sed vt libidinose ac licẽter inq̃netur ut scꝫ more canum ad vomitum redeat ⁊ more suis ad volutabꝛ luti. Sed hic est anime oculus neqꝫ. qui opus omne tenebrosum facit. neqꝫ em̃ ad normã respicit. ⁊ ideo neqꝫ est oculus ꝗꝛ eius malus prospectus. limus aspectat. strabo est. imo luciosus: nam in luce cecutiẽs videt in tenebris lux est virtus tenebre peccatum. in his que sunt pcti est circũspectus oculatus ⁊ sagax. in his est argus. in his est Tiphis. in his est Dedalus. in his ꝟo q̃ ad ꝟtutem ⁊ sapiam ꝑtinent. iners. ignauus. muricidꝰ. somnolentioꝛ phoca. pigrioꝛ coclea. cecioꝛ talpa at rationis bonus est oculus finem namqꝫ ꝓbitatis intẽdit. regulã semper tenens ⁊ perpendiculũ propterea ⁊ opus eius est nitidum rectum interpolatum ac lucidum lucem non refugit videri non metuit. at opus malum tenebrarũ amicuꝫ delitescere cupit ⁊ in publicum vtpote sue deformitatis conscium. prodire nõ audet. Timet occurrere satyricis. cynicis. veteribus comoedis. veris nomen clatoribꝰ. tetricis censoribꝰ. pudet appellari. q̃d non putet esse In genijs nostris nature vis insit a ꝟtuteꝫ in nobis depingit ⁊ vicium. nam cum de vicijs loquimur. cõtractis supercilijs. frõte caperata. toruo aspectu. truculẽto vultu. verbis atrocibus fulminamꝰ Species hec vicioꝝ. Sed cum sermo est de ꝟtutibus ex intimis anime penetralibꝰ exit in faciem festiuitas hilaritas. alacritas. exit in ꝟba q̃dam suaui loquẽtie pulchritudo non fucata. q̃ si perpẽderis virtutis imaginem conatur exprimere Accedit ⁊ fame vulgari iudicium vicijs non parcẽs. quod ore nõ potest more Philomene scripto promulgat. sanitatem ergo fine proposito quem ratio ꝯsulet querere licitum. immo ⁊ debitum. finem ꝟo appetitus respicere. turpe ac inhonestum

¶ Quomodo querenda est sanitas. Ca. xxx.

Edita finis rectitudo nõ sufficit: nisi modus q̃rendi sit licitus. licita sunt q̃ lege ꝓceduntur. ꝓceduntur aũt q̃ nõ ꝓhibẽtur. oẽ quod pctm̃ est. ꝓhibitũ est. ⁊ omne q̃d ꝓhibitũ peccatum Propterea vt pituitã cures fornicari nõ licet. nec audiendi sunt medici q̃ id corpis sanationẽ. pctm̃ inducũt. q̃ em̃ demẽtia est. vt corpꝰ mũdes aiam inq̃nare id sil'e ẽ vt argẽtũ serues auꝝ amittẽ. ne vestẽ amittas. corpꝰ occidẽ Legimꝰ Cõstantinũ impatorẽ graui q̃dã morbo laborasse. cui erat medicorũ iudicio cruoꝛ hũanꝰ singl'are remediũ. q̃d optimꝰ ꝓnceps christianis

dogmatibus nuper imbutus cum audisset. abhorruit ⁊ male se dixit sp
egrotare. q̃ꝫ tam immani remedio ꝯualescere. ⁊ q̃ꝫq̃ꝫ hoc de Costantino
non legerim loco satis idoneo. ꝙ scꝫ eo morbo laborarit. tamen fidē facit
Pliniius qui in vigesimosexto de naturali historia libro capite ꝓmo sic
inquit Diximus elephātiasim añ. Pompei magni etatē nō accidisse in
italia. ⁊ ipsam a facie sepiꝰ incipientē in mare ꝓmū, veluti lēticula mox
inualescēte ꝑ totum corpus maculosa variȷs coloribꝰ. ⁊ inequali cute a
libi crassa. alibi tenui. dura. ceu scabie aspera. ad postremū ꝟo nigrescēte
⁊ ad ossa carnes apꝓmente intumescētibus digitis in pedibꝰ manibusq̃ꝫ
Aegypti peculiare hoc malū. ⁊ cum in reges incidisset populis funebre
quippe in balneis solia temperabātur humano sanguine ad medicinam
eam. sic Plinius. quē locū citauimus vt id medendi genus olim in vsu
fuisse ꝯstaret Sed qd̓ mox subinfert Plinius credi hoc de Constātino
nō sinit. ait eñ. Et hic quidē morbus in italia celeriter restinctus est. si
ergo tꝑe Pliniȷ qui sub Uespasiano floruit. erat iam restinctus hic mor
bus in italia. simile veri nō est Cōstantinū eo laborasse. qui post longū tē
pus imꝑauit. sed his omissis ad ea veniamus vnde p̄t nobis impēdere
periculū. Prohibite igitur sunt incantatōes. sortilegia. ac supstitōes ō
nes que sunt simpliciū vetularꝫ delirамēta. nō deridicula soluꝫ verꝫ ⁊ pe
stifera. ac graui censura coercēda. ⁊ si vim aliquā videntur habere nō ver
borum. nō signorum. nō dei vis illa est. sed fallaciū demonum nos vanis
obseruationibus illaqueare studentium. Est in quīto decretaliū libro ca
put. cuiꝰ inicium est. Cum infirmitas corpis Ubi duo in medicos de-
creta sunt ꝓmū vt priusq̃ꝫ ad infirmorꝫ curam deueniāt. eos admoneāt
vt medicos aduocēt animarꝫ Petrus aponensis vir magne sed nimium
audacis temerarieq̃ꝫ doctrine secutus Orpheū Zoroastreꝫ Porphyriū
Apuleium ⁊ ceteros dānate magie studiosos in ꝯciliatore scribit incā
tatiōes ad infirmorꝫ curam ꝯferre q̃ꝫ plurimū Uerum quia in decretis
Graciani. ca. xxvi. questiōe. v. capite nō liceat Uanas istas stellarꝫ ⁊ in
cantationū obseruatiōes videtur sanctorꝫ patrum damnare sentētia Pe
tro assentiendū nō cōsuloꝫ. si tamē verba sint sancta. fideliter ⁊ nulla su
perstitiōe ꝓlata. vt symbolum fidei. ⁊ oratio dñica. non damnauerim
verꝫ ea cum peccati suspitiōe carebūt. nō iam incantamēta sꝫ religiosa ꝟ
ba aut sacre preces appellentur. eadē questiōe in decretis capite vltimo
gēmas herbasq̃ꝫ sanitatis grā. sine vlla incātatiōe deferre ꝯcessum est i-
magies ꝟo astronomorꝫ. charactéresq̃ꝫ p̄ter crucis signū penitus dānan
tur de quibꝰ etiā apud Thomā aquinatē multa in scda scde pte repies
questiōe. xcvi. cū ociū lectiōi vacare te sinet. sꝫ hec breuit̃ dixisse volui. ꝙ
hac nrā tēpestate plerosq̃ꝫ videmus his malis artibus deprauatos clam

inita cum diabolo amicicia q̃ plurimos seducẽ ⁊ grauissimis erroribus
aias implicare. nos autem quib⁹ ꝓpositum est nunq̃ a catholica puri-
tate discedere. talia floccipẽdim⁹ eligẽtes magis sp̃ egrotare. q̃ cum sal
uatoris ꝯtumelia sanos esse Dãnati hec etiam ⁊ irrideri videtur a Pli-
nio libro naturalis historię. xxviij. Capite scd̃o. tercio. ⁊ quarto. vbi reci
tatis q̃ plurimis hui⁹ curiosę supsticiosę vanitatis exemplis. in fine se
cũdi capitis subiũgit. Quapropter de his ⁊ libitũ cuiq̃ fuerit opinetur
Cętera igitur q̃ approbati medici remedia docẽt. nõ solũ aspnanda non
sunt. verũetiam diligẽti cura sumẽda. medicisq̃ parẽdum. si peritiã ha-
beãt medicãdi dicẽte scriptura honora medicũ ꝓpter necessitatẽ em̃ cre
auit illũ deus. ⁊ infra paululuz. Deus creauit medicinã de terra. ⁊ vir sa
piẽs nõ abhorrebit eam. Cum post maris rubri transitũ venissent iudęi
in locũ vbi fontes erãt amarissimi. deus ꝯsulẽti Moysi remediũq̃ pe-
tẽti lignũ indicauit. qd̃ naturali vi sua missum in aquas amaritudinem
abstulit. poterat sine ligno solo ṽbo succurrẽ sed ne res naturales frustra
fecisse videñr. monuit vbi opus est fugiendũ ad eas His igitur q̃ lex ⁊ ra
tio damnãt p̃termissis. sic de corpis sanitate curandũ est. vt quicquid a-
gitur ad aię sanitatem referatur. ⁊ ab aię salute sumatur exordiũ Quod
si ꝯtingat sanari nõ posse Sunt em̃ morbi quidã incurabiles. virum sa
pientem ęquo aio ferre decebit morbũ tanq̃ a deo missum. qui nunq̃ ꝑ
cutit nisi vt sanet. q̀ nos castigat vt meliores reddat ⁊ ex dãno iactura-
q̃ corpis profectũ quęrit interioris hois.

De patientia Ca. xxxi.

Ediam ad fortitudinis ⁊ patientię tractatum vt ꝓmisimus ꝑ cõ
pendiu sermonis accedã Mala quę accidũt aut inferũtur licet vt
ante dixi repellere seruata norma legis ⁊ rõnis habitus in irascibi
li. qui ad hoc inclinat. fortitudo d̓r. facit em̃ aim ad subeũda pericula sub
limez. elatum atq̃ ꝯstantem. ⁊ quantum ⁊ quando oportet semp audẽn
tem. vt nõ secari. nõ vri. nõ amaris potari metuam⁹ aios igitur ociosos
excitat excitatos erigit. erectos firmat ⁊ imobiles reddit. hęc in infirmo
ṽtus tum optima est cum salnti locus est. ita tamẽ cauendũ vt frenetur
irascibilis. nam more impatiẽs excãdescit. ⁊ bile quasi bos oestro ꝯcitañ.
natura vero nõ statim. nõ in momento. sed tractu tp̃is op̃atur. At vbi
sanãdi spes nulla est. debet infirmus sese cohibere. ⁊ amuletum ferre pati
entię. Patiẽtia ergo habitus est in irascibili. quę nõ ad impugnandũ ea
q̃ ꝯcupiscibilẽ offendũt ⁊ sensui nocẽt. sz ad ęquo aio tolerandũ inclinat
ipsius namq̃ irascibilis flãmam extinguit. rabiem sedat. furorẽ emollit.
fit autem in nobis hic habitus. si aduersa mitissime ⁊ sine resistẽtia fre-

queter feramus. sic em̄ paulatim violēta hec ⁊ imanissima fera pt̄ subigi frāgi ac domari. tātoqꝫ est maior patiētię qꝫ fortitudis ṽtus. quāto grauius ac difficilius est malis. nullo pacto qꝫ recte resistere fortitudo ei vt aiūt iuriscōsulti cum moderamīe inculpatę tutelę. hoc est sic se mendo vt culpari nō debeat resistit. patiētia nullo modo Hinc Jacobꝰ dicit Omne gaudium existimate frēs cum in varia tentamēta incideritis Scientes ꝙ ꝓbatio fidei vestrę. i. dum aduersa patimini. patiētiaꝫ operat̄ Patiētia ṽo opus perfectum habet. nam cū habitus est inductus. tū demū perfecte opamur. non em̄ valet patiēs nisi habitum habuerit plene operari. iuuat nāqꝫ habitus rationē ⁊ ꝯiunctis viribus fortius enitunt̄ Scotus in terciū sentētiarum distinctiōe. xxxiiij. fortitudinē dicit genus esse sub quo species collocātur duę vna qua aduersa repellēdo certamꝰ ⁊ hāc bellicositatem vocat. altera qua ęquanimiter ferimus. ⁊ patiētia d̄r atqꝫ ita scd̄m eū nō distinguit̄ a fortitudīe patientia. vt spēs a specie. vt hō a leone. sed vt spēs a genere. vt puta homo ab aīali. ⁊ erit patiētia bellicositate tāto pręstantior quāto appetitum magis infrenat. De his aliter ab alijs disseri ⁊ ꝓcipue a Thoma aquinate nescij nō sumus. sꝫ more academicoꝝ nulli sectę addicti ex vna quaqꝫ arbitratu nostro qd̄ placꝫ assumimus. Hęc de verę penitētię ṽtute tradita sunt. Est em̄ alia quędā malorum tolerātia. quę ṽtus non est. vt in auaroꝝ negocijs est cernere de quibus Horatius inq̄t. Impiger extremos currit mercator ad indos Per mare paupiem fugiēs ꝑ saxa per ignes Uerum hāc duriciem rectius vocaueris teste augustino. Neqꝫ em̄ vere patiēs est. qui vt dicetur sustinet tot aduersa. patiēs est qui ꝓ ṽtute. pro legibus. ꝓ pietate. ꝓ deo nititur quicqd̄ acciderit ferre. nec frangitur

De gradibus patientię Ca. xxxij

Verum patiētiam quę ṽtus est excellētissima tres habere gradus inuenio. vnum q̄ ⁊ pfectissimus est. illis attribuūt. qui aduersa nō solū cuꝫ opus est ferūt. sed etiā quęsitū eunt. ⁊ quasi mercenarij opus vnde aliq̄d lucrent̄ inquirūt. ⁊ qd̄ inquirūt inuēto gratulantur hoꝝ qꝫ duo sunt ordines Martyres q̄dā Cōfessores alij. fuerūt em̄ tpibus illis cum in ꝑsecutione crescebat ecclesia. sicut sub Nerone pmū. deinde sub Domitiano. ⁊ plerisqꝫ alijs impatoribus. multi christianoꝝ. q̄ aspirāte dei grā tanta fortitudie ⁊ patiētia excellebāt. vt tormētis crucia tibusqꝫ tyrannoꝝ volūtarie seipōs. cum latere possent. obijcerēt Secūdus ordo ꝯfessoꝝ est. q̄bus ⁊ si tyrāni pepercerunt. ipsi tn̄ sibi non parcentes. ⁊ in seipōs irati qd̄ poenitētię genꝰ est optimum. crucem suam tulere post christum. Jsti coram hoībus modici ac humiles sed deo magni et

excelsi sunt illi de q̃bus in die iudicij quando ꝯscientiaꝝ libri ꝓferuntur iudex viuoꝝ ac mortuoꝝ dicet. Uenite benedicti patris mei ꝑcipite regnū qđ vobis paratū est ab origine mūdi. Tūc in istos Christi pupulos seculi ꝑncipes ac magnates q̇ modo thesauris incubant. horrea dilatant. mollibus vestiuntur. splendide ꝯuiuant. alterius vite ritum admirantes ⁊ pr̨e tristicia spiritus gemētes. repetent illud sapiētie̜ dictū. hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum ⁊ in similitudinē improperij. nos insensati vitam illoꝝ existimabamus insaniam. ⁊ finem illoꝝ sine honore Ecce quō computati sunt inter filios dei, ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est ergo errauimus a via veritatis ⁊ de hoc iam satis Primus igit̃ hic atqꝫ optimus patientie gradus est In quo si Ludouicum morbiolum cōciuem tuū qui anno p̄terito functus est vita collocauero q̄ꝫ q̄ꝫ multi sint vel sp̄ fuerunt qui iusti simplicitatē derideant. non ero fortasse grauiter condemnandus Secūdus gradus est eoꝝ. qui nō que̜situm eunt nec inuitant ad se mala. attamen cū veniunt benigne suscipiunt. ⁊ reuerēter tanq̄ꝫ dei nuncios amplexātur. Ex eoꝝ numero fuisse Job arbitror. cui⁹ in patiētia nomen e̜st clarum Ipse namqꝫ cū suoꝝ cladem audisset coelum suspiciēs dixit. Dominus dedit. dn̄s abstulit. sicut domīo placuit ita factum est Sit nomen dn̄i benedictū: huic adiungendus est Thobias q̇ coecitatem oculoꝝ tam patiēter tulit. vt ab angelo curari meruerit Tercium ac infimū patiētie̜ gradum illi sibi vendicāt qui mala neqꝫ que̜rūt neqꝫ cū venerunt gratanter accipiūt. ingressa non eijciunt. secum patiūtur grauate ferunt. conq̄runtur etiam, tamē sedata bile in deum nō elati musando transeunt. ⁊ a vicio paruꝫ distātes in extremis patiētie̜ marginibus sedent. Et hi sunt qui nostra hac e̜tate viri boni sunt. vix restat nobis antique̜ ꝟtutis iste̜ reliquie̜. ⁊ raris quidem in locis: vt periculuꝫ sit ne ⁊ ipse quoqꝫ breui collabantur

¶ Venerādi fratris Baptiste̜ Mantuani Carmelite̜ Isagoges ad patientiam. Liber Secūdus

¶ Qđ patientia via est scōꝝ ad celū. Ca. p̄mū

Is igit̃ maiore fide q̄ꝫ eloquētia dictis velim te vir pre̜stātissime paulo alti⁹ inspicias ⁊ abiectis se̜culi curis. ⁊ spinis illis que̜ iuxta christi parabolam semen. hoc ē verbum dei fructificare non sinunt. excisis: teipsum intrinsec⁹ q̄ras. iuxta illud persianū: nec te q̄siueris extra ⁊ cū aīo tuo rōem ponas; aīaduertasqꝫ i quonā patie̜ gradu sis ꝯstitut⁹.

Quod si fortasse. quod minime suspicor. a patiẽtia te exclusum videns. sci
to te a scõꝝ sorte supatum. Quotquot em a mũdi exordio ad nr̃am vsqꝫ
ętatem deo placuerũt· crucis patibulũ in mortali suo corpe portauerunt
Audi quid in psalmis d'r ·Propter te mortificamur tota die ęstimati su
mus sicut oues occisiõis Item trãsiuimus p aquam ⁊ ignem. ⁊ eduxisti
nos in refrigeriũ. ·Paulus ad hebręos de sanctis ita loq̃tur Aliỹ ludibri-
a ⁊ verbera experti. insup ⁊ vincula ⁊ carceres. lapidati sunt. secti sunt tẽ
tati sunt. in occisiõe gladiỹ mortui sunt. Circũierũt in melotis. quę sunt
pelles ouinę. in pellibus caprinis egẽtes. angustiati. afflicti q̃bus dign⁹
erat mũdus. in solitudinib⁹ errãtes. in mõtib⁹ ·in spelũcis. ⁊ in cauernis
terrę Sed. quid p multa vagor. Nonne Innocẽtissim⁹ abel quẽ iustũ
in euãgelio christus appellat. primus omnium sanctus ab impio fratre.
Chaim occisus est. Dauid· quem scd̃m cor suũ deus inuenit vnxit ⁊ ere-
xit. nõn e regis Saul. nõne allophyloꝝ. nonne filiỹ dilectissimi petitur
insidiỹs Nõne ęsaias in duas ptes sectus· nõne Hieremias lapidibus
obrutus: nõne Helias a Hiezabel fugatus: nõne. Zacharias barachię
filius inter tẽplum ⁊ altare est occisus: ·Pro salute patrię Judas macha
bęus diu fortiter ac animosę pugnãs cum tota fratꝝ stirpe deletus est.
sub Alexãdri magni successoribus vt machabęoꝝ testat᷑ historia. Judęi
qui legem veteri ⁊ obseruare voluerũt misere trucidati sunt. inter q̃s ele
azarus vnus de senioribus scribarũ. vir ętate prouectus vultu decor⁹ vi
tę sanctitate venerabilis cum porcinã carnẽ ꝯtra legis instituta comes
se cogeretur. maluit iuste ⁊ religiose mori q̃ꝫ flagitiosam ignobilemq̃ꝫ vi-
tam paulo amplius producere. dum igitur in tormẽtis cõstitutus vici
nam mortem videret. sic exclamasse dicit᷑ gemẽs. Domĩe qui habes scãm
sciẽtiam. manifeste tu scis. quia cũ a morte possem liberari. duros corpis
sustineo dolores. scd̃m animam vero ꝑpter timorem tuum libenter hęc
patior. fuit iste profecto dignissimus. qui in coelo reciperetur quoniam
tam animosę tam fortiter terrenum hoc corpus ꝑ lege dei tormẽtis ob
iecit. Taceo Joãnem baptistam. taceo apostolos. taceo martyres. quoni
am nota magis nulli domus est sua Joseph Innocẽs a fratribus vendi
tur Susana detestabilem calumniam patitur Daniel eõibus obiỹcitur
Sed quid plura Terrena hęc habitatio malis est mater. bonis nouerca
Tu ergo Carole Antoni noli tristari. imo magis gaude. ⁊ gratias age
q᷑ in hoc venerando coetu tot sanctorum pari cum eis sorte numeretis
nihil hęsitans breui futurum vt sicut cum eis fueris in poenis sic etiam
cum eis in coelo coroneris Nonne meministi quod non sunt condignae
passiones huius temporis ad futuram gloriam. quę reuelabitur. Quod
si meministi. cur tantum te maceras. cur moerore conficeris. In hoc do-

lorum torculari premeris vt fructum afferas. vt conscientię rubiginem exuas vt celestem animum in cœlum attollas. Si dicat aurum argentario cur me coquis: cur me cędis: cur me lanias: Nonne recte respondebitur vt perficiaris. vt ad eam ad quam es genitum gloriam peruenias: Propterea scriptum est. quem diligit deus. corripit. & castigat omnem filium quem recipit Et teste Plinio quoddam aquilę genus. qd halięetum vocant. hec pullos mox vt nati sunt. contra solem statuit quos fixa acie solē ferre posse viderit. seruat educādos: quos autem oculis conniuere & radijs offendi dephenderit. tanq̃ indignos vita eliminat Nō aliter pfecto deus nobiscū agit. nam quos videt in aduersis aīo deijci: educare non curat. qui ꝟo subsistunt. ac durāt. custodit & nutrit de quoꝝ numero fuit ille q̃ dixit. ppter nomē tuū deduces me & enutries me. Itē sicut adipe & pinguedīe repleatur aīa mea. & ipse deus apud esaiam de Iudeis cōquerens. filios inquit enutriui & exaltaui. ipsi autē spreuerunt me Quādiu eīm beneuiuēdo Deo adheserūt cum eo q̃ dixit Mihi autē adherere deo bonum est. & ponere in deo spem meam: tamdiu eos pauit & rexit At postq̃ cum filio pdigo recesserunt. substantia sua portione cōsumpta q̃ nunq̃ ad patrem redierunt. porcinis cibis ali. & in agrestem naturā trā si repermissi sunt

¶ Rationes philosophorum cur corpus humanum afctum sit fragile Ca. ij.

At dicet quispiam q̃ mūdi hui⁹ harmoniam ignoret. Cur humanum corpus tam fluxū ac fragile fabricat⁹ est deus cū lapidib⁹ & ferro tantā duriciē resistēdiq̃ potētiā indiderit. Quid huic respōdebo. nisi q̃ apud. A. Gelium libro sexto noctium atticaꝝ capite primo dixisse Chrysippū in libro de pnidentia legisse me memi. Ait eīm nō fuisse principale naturę ꝯsilium vt faceret hoīes debiles. ac morbis obnoxios Nunq̃ eīm ꝯuenisse hoc naturę autori parētiq̃ omniū rerum bonaꝝ. sed cum multa magna gigneret pareretq̃ aptissima ac vtilissima p sequelā adiūcta sunt incōmoda. Nam cū rōne subtilissima deus hoīem fingeret. vtilitas ipsa opis postulauit. vt tenuissimis minutisq̃ officul caput cōpingeret. sed hāc vtilitatem rei maioris alia q̄dā incōmoditas extrinsecus ꝯsecuta est. ut scꝫ esset caput minus munitū. ictibus offensionibusq̃ paruis. etiā peruium ac fragile. Inde q̃ morbi ęgritudinesq̃ cōsecutę sunt. hāc sententiā cōtemplatus Auerrois in libꝝ Aristotelis de aīa dixit. Sensus in aīalibus causā dedisse breuioris vitę Nā vt eni dētius certiusq̃ sentiam⁹ carnes oportuit esse mollissimas. at molliora facili⁹ offendūt. magisq̃ patēt nocumētis q̄ lignea duraq̃ corpa Utili

tas igitur hoīs ad hāc operis qualitatem duxit artificē qua de re qui cō
querūtur (Cōquerunt autem soli imperiti) merētur sensu rationeq; sub
latis. in lapides ꝛ ligna ꝯuerti. quoꝝ naturam magis emulātur. Finge
per ꝓsopopœiā. quam poetę ꝛ ꝓphete sępe vsurpāt. duos coram te ligni
truncos humi iacētes interrogāti tibi respōdere. Interrogent autem q̇d
nam esse malint. quam a fabro formam sortiri cupiāt. Rndeat pm⁹ Ci
tharam me facito. Alter in aratrum me dolato. Cithare rō subtilitatem
poscit tabellaꝝ. Corpusq; qd̄ facile lędi ꝛ cōfringi possit. Quid igit̄ si li
gnum postq̄; vt poposcerat Lyrę formam sortitum est de sua fragilitate
ꝯquerat̄. admittemus ne hāc quęrimoniā an nō potius obiurgabim⁹ ꝛ
ingratitudis ac insipiētię truncum accusabim⁹. ꝙ opifici grās nō agat
ꝛ formę nobilitati duriciem p̄ferat. Sic ꝓfecto de nostra hac fragilitate
seu vt philosophi dicūt. naturali impotētia quam vitalium opationum
ratio poscit ꝯqueri. hoīs est ingrati simul ꝛ stulti. Quis em̄ mentis cō
pos sine his quidpiam ꝯsequi studeat quę iuncta illi necc̄ario videat: hoc
esset naturā velle subuertere. ꝛ vt ita dixerim exoptare solē sine luce. ter
ram sine mole. Mundum sine deo. In hoc sumus sapiētes d̄r apud Cice
ronem Cato. ꝙ naturam optimam ducē seq̄mur. eiq; paremus. Subij
cere libet. qd̄ Plotinus Platonicus vir excepta infidelitate diuinus in
p̄mo de puidētia libro capite. xi. de huiōi senserit. ait nāq;. Quemadmo
dum artifex nō omnia q̄ in aīali sunt efficit oculus. Ita neq; rō fecit om
nia deos. Ueꝝ alia quidem esse deos statuit. alia ſ̃o demones sequēti na
tura. Post hęc autem hoīes. aīaliaq; deinceps. neq; id quidem inuidia
sed rōne intellectualē habēte varietatē. Nos āt sic affecti sumus sicut im
periti picturę. q̄ pictorem damnāt. ꝙ non vbiq; pulchros ęque colores
posuerit. Pictor autem vnicuiq; parti qd̄ eam decebat attribuit. Ciuita
tes q̄; bene institutę nō ęqualiter in omnib⁹ disponūtur. Preterea quis
nam comœdiam tragœdiamq; vitupet. ꝙ omnes in ea nō sint heroes.
sed intersit ꝛ seru⁹. ꝛ rustic⁹ aliq̇s rudiori voce ꝓnunciās. Poema. tn̄ nō
erit pulchꝝ. si quis inde tolcat deteriores. hęc. Plotinus. q̄ q̄ sunt nr̄is
admodum ꝯsentanea subieci. Ergo duplex hoīs natura cum sit vna oī
bus hoībus ꝯmunis. vt recto corpe esse duas manus. duos pedes habe
re. loq̇. intelligē. altera vnicuiq; ꝓpria. vt talis oris figura talib⁹ linea
mētis esse fictū. vtrāq; ꝛ cōem ꝛ ꝓpriā. Sapiēs vir ęquo aīo feret et fa
ciēs ex necessitate (vt aiūt) ꝟtutē. corpis deformitatē ꝛ damnū vertet in
animi opulētiam atq; ornatū. Nō ab re fuerit hic annotare q̇d in p̄mo
libro ethicoꝝ de fœlice hoīe scribat Aristoteles. ꝯfert em̄ eum quadran
talib⁹ seu tesseris. q̇b⁹ in alueolo ludit̄. greci cubos vocāt. ꝙ videlʒ sicut
tessere quomodocūq; iactētur. sic semꝑ in vnam partem incumbūt vt et

rectitudinē ⁊ immotam stabilitatem retineat. ita homo cordatus ⁊ vere sapiēs quo res cūq; cadant. ⁊ in quamcūq; fortunā inciderit. feret optime. ac per omnia omnino decēter. q̄ si quotidianos casus sic ferre debemus. quomodo non feremus etiam eos quos euitare cōmunis omnium parens natura non potuit

De quattuor corporis humoribus Ca. iij.

Unt qui laborant bile atra. quam nostri. Medici greco vocabulo melancholian vocant Sunt qui prasina seu porracea vel etiā fulua (grece χολὴν) plus Justo abūdent. Sunt qui phlegmate quam vocant latini pituitam suffocent. Sunt q̄bus impedimento ē sup̄fluus sanguis hec (vt supra diximus) ante primi hois culpam tanta harmonia ꝯtinuata erāt. vt ex ipsis. neq; mors. neq; morbus. neq; molestie quicq; emergeret. At soluta hois in deum obedientia. soluta est humorum huiusmodi pax. dissipata cōcordia. Pituita pre dominās synāchias Melancholia quartanas. Cholera tercianas. Sanguis q̄tidianas febres facit. Hoc autem exempli gratia dictum sit. Nam multis ⁊ innūerabilibus pene modis humores isti a medio discedētes genera infinita morborum inducūt. Cholera item fulua: quia acuta est ⁊ ignea. repentinas iras tollit. ⁊ quasi nimbus Aestiuus cito desistit. atra si iram ꝯcipiat. ci⁹ ē ptinax. ⁊ sero se cohibet. qui illam patiūtur Jracūdi vocant. Qui vero hāc amari ⁊ acerbi. sunt etiam qui atram cū fulua miscuerint ⁊ in his sicut humoꝝ. sic ⁊ morum mixtura ꝯsurgit. ⁊ mediū locū tenent inter p̄dictos Hippocrates vocatus ab abderitis vt curaret Democritū sp̄ ridentē. inuenit eum in agro auiculas exenterantē. ⁊ receptacula humoꝝ istorum vestigantē. multum em̄ confert. ⁊ ad Salutem corpoꝝ ⁊ ad mores humanos ista cognitio. ⁊ beneficio medicine fieri p̄t vt quis ī nouam ꝯplexiōem. ⁊ ꝑ sequelā in moꝝ trāseat nouitatē. sicut in his patet qui bilem atram polypodio ⁊ elleboro. fuluam ꝓo curant tu'pontico qd̕ pharmacopole reubarbaꝝ vocant

Quā complexiōes distribuātur a deo Ca. iiij.

T dicet iterum quispiam. cur hec ita distribuit deus. vt bilē ho
a ratio phlegma heraclito. sanguinem Socrati. melancholiam. Oresti tribuerit. Que nam ratio fuit ita dispēsandi: casu ne ista an prouidētia vlla gubenātur. reduct⁹ sum in syrtes quas ꝑus effugerā tentabo igitur breuibus verbis etiā hinc elabi ⁊ si quid noue mercis inuenero. poterit his q̄ supra diximus applicari. vt ex his duobus locis vna sententie veritas, ⁊ ex duobus capitibus vna discipline fiat integri

tas. Magnę (vt verum fatear) ꝓsumptiōis hęc quęstio. Cui Paul⁹ apo
stol⁹ vas electōis vsꝗ ad terciū coelū raptus sic respōdet: nōne habet prā
tem figulus ex eadē massa aliud quidē vas in honorē. aliud in cōtumeli
am facere. Sufficeret hęc dixisse. quia iudicia Dei abyssus multa inuesti
gabiles vię. ⁊ occulta ꝯsilia. nec tñ debet humana temeritas audendo ꝓ
cedere. vt ea cernere velit. quę latere Deus instituit. Neꝗ enī dño grat⁹
erit seruus qui penetralia atꝗ adyta cūcta q̄ in domo sunt. ꝑlustrare tē
tauerit. ea namꝗ temeritas magis videtur explorātis insidias. q̄ꝫ serui
officiū pręse ferre. Sic licet inꝗ respōderi possit. Dicam tñ aliquid bal
butiēs ⁊ id Augustini fretus autoritate Augustini viri sanctissimi ⁊ sa
piētissimi hęc est sermōe breuis ac simplex. sensu ꝟo longa multiplexꝗ
sentētia. quā Theologi nostri sepe vsurpāt. Sic deus res quas condidit
administrat. vt eas agere ꝓprios motus sinat. Igit̃ sicut aīa in toto corpe
sic deus semꝑ operās in toto mūdo vires naturis ꝓ mucrone addidit. ⁊
opari eas instituit. imo instrumēta sua fecit q̄bus cū deo patre fabri fili⁹
vsꝗ modo operās vteretur. Has igitur vires nec operari impedit. nec ope
rātes deserit. sed sicut nauta nauiū iuuat ⁊ dirigit. ille in portum. iste in
finem. ⁊ quēadmodū ociāte aīa membra sopiuntur. sic cessante deo. vt in
igne babylone monstratū est. omnis naturę conatus inanis ē. Immo si
naturę quas ipse ꝯdidit ne operentur ꝑ ipm̄ steterit videri poterit confite
ri. vel eas nō recte factas. vel se facturę suę poenitere. ꝑt tamē si vult ⁊ a-
liqñ vult. raro tñ id vsu euenit. ꝑter naturę ordinem q̄dā ⁊ facē ⁊ suo ar-
bitratu impedire. Ea q̄ in coelo sunt sidera seu sint ignes vt Platonici.
seu q̄dam quīta essentia vt Peripatetici volūt: nō signa tm̄ reꝝ inferioꝝ
sed causas esse nō dubiū. id enī oēs Astronomi id Aristoteles in mete-
oris. id in scdm̄ sentētiaꝝ Theologi. id ipsi ꝯfitētur oculi nri. Quis est
enī tam hebete visu vt nō videat sole discedēte. naturā moerere. aues cō-
ticescere frōdes defluere. rursus ipso reuertēte mundū exultare. terrā opi
ri. plātas reuiuiscere oīa instaurari. Vires ergo sideribus datę terram et
terrę nascētia sic afficiūt. ut hoc si comedas in bilem. aliud in pituitā a-
liud in sanguinē transformet. quo fit vt hoīe varijs ꝓ arbitrio suo cibis
vtente varietur in eo ⁊ stomachi ⁊ epatis ⁊ renū. ⁊ ꝑ sequelā seminis q̄ꝫ ⁊
vulue cōplexio. Sinit ergo deus ꝓ seminū qualitate ꝓ dispositiōe ma-
terni vteri. ꝓ coeli. ⁊ stellarū aspectibus. pro ciborū ⁊ dietę natura. fieri
cōplexiones hoīm diuersas. ⁊ corꝑa nostra in infinitas ire differentias
Angeli ꝟo. q̄ rebus humanis a deo p̄fecti sunt. miris modis ista vel suo
vel dei arbitrio moderātur. hoꝝ sciam vocamus magiā naturalē. Cuius
Jacob nō ignarus ouiū foetus colorabat in vtero. ⁊ hic modus varia ꝓ
creādi. Potest enī Angelus quispiā tibi nesciēte te persuadere vt hoc ma

gis q̄ȝ illud comedas: vt cibis ita cōcoctis fiat coagulatio certi seminis vt hac magis hora coeas. vt mulieris vulua. quam medici matricē dicunt sit sic affecta. Quibus variatis variari q̄ȝ foeturam oportet Cur autem in meam magisquā in tuam perniciem ista ꝯtingāt Nescire me fateor q̄ autē causam dicūt decorem vniuersi: nō faciunt satis animo impatienti grauiter ferēti se cum decore vniuersi dedecorari Sed ignorata cā. ignorari nō licet hec omnia equo aīo ferēda. cum vnicuiqȝ psuasum esse debeat: nihil a dei numine sine recta rōne fieri posse. Sed sunt q̄dam nō minus impij q̄ȝ imperiti. tam arrogantes: tam proterui. tam insolentes et imphrniti. vt velint naturaꝝ omniū ꝟtutes ac opatiões: angeloꝝ etiaȝ ritus ꝛ officia ꝑpter sui pedis morbum imutari Quod q̄ȝ alienum sit a recta rōne breui exemplo digno scito. Si in Cithara ad ꝯcinitatē redacta neruus vnus ꝯqueraꝭ. ꝛ dicat se nimiū tendi rogetqȝ se paꝝ remitti. quid putamus Citharoedū respōsuꝝ. nisi toti⁹ cithare magisquā nerui vnius rationē habendā. Sic ꝑfecto deus ordinē mūdi ꝛ naturaꝝ. ex q̄bus mūdus ꝯstat: curam gerere ꝛ debet. ꝛ gerit/q̄ si ꝯtrarietaris. ꝛ obijcias vniuersi ordinē opitulari singulis debere nō ebesse: quemadmodū in optima re. p. sic cōmune bonum admistraꝭ vt singuli in pace sine iniuria viuāt. Nec em̄ alterius rei grā Pncipes ac magistratus creanꝭ nisi vt singulis benecōsulātur. Sicut de Solone salaminio dr̄ q̄ tanto prudentie tempamento leges atheniēsibus dedit: vt parem grām a senatu ꝛ a plebe ꝯtradixerit. qd̄ si tāte (vt ita dicam) cōditure felicitas ab hoīs potuit prodire ꝯsilio. qd̄ humano generi p̄stare debuit dei ꝓuidētia cui⁹ est ad nrām nulla ꝓportio: Nonne potuit. ꝛ omnibus simul ꝛ singulis bene ꝯsulere: O homo bulla. q̄ nascēdo moreris ꝛ florēdo marcescis. tantaue cōtra autorem tuū surgis audacia vt ei succenseas: ꝛ velis in cū exercere censuram. pone hanc vaniloquētiam. ꝛ recordare dicti illius genesios vidit deus cuncta q̄ fecerat. ꝛ erāt valde bona Sed an ꝯdere potuit meliora. nō defuere Theologi q̄ discerptarint. ꝯducamus ergo nobis q̄ dem a deo bene ꝯsultū. Sed qm̄ vt Aristoteles inq̄t: intellectus noster in causas altissimas ita fertur. sicut nicticoracis ocul⁹ in lumē solis nō posse nos ꝯsilij diuini rōnem scire. ꝛ ꝑpterea dictū a christo. nescitis q̄d petatis At dices iterum. si naturaꝝ ordinē ꝛ opatiōes violari nefas est nō licebit infirmo votis ꝛ p̄cibus cum deo de impetrāda sanitate tractare. Cui obiectioni respōdeo. licere quidem suppliciter. ac modeste petere ꝛ qd̄ petitur. si datur. cū gratiaꝝ actiōe recipi debere si no datur. ꝯqueri nō licere. istorsum mea intendit oratio.

¶ De anime libertate Capitulū. v.

Orpoꝝ hęc cōditio.animi ꝟo natura libera.immunis in genua ⁊ ab ęrumnis exclusa corporeis nec cœlo regit̄.nec elemētis seruit.⁊ si ꝓpter appetitꝰ ꝯnexionē qui corporeis qualitatibus est subditus in penis sꝑ inclinat̄ in manu tamē ꝯsilij sui est.Corpꝰ naturalibus rebus ⁊ deo.aīa ꝟo sibi ⁊ deo subest.Propterea vtrūqꝫ ſm diuersas trāslatiōes legimꝰ in psalmo.latini sic legūt.Aīa mea in manibꝰ meis sꝑ.Greci āt sic η ψυχη μου εν ταις χερσι σου.hoc est in manibus tuis.i.dei.nostrę tamē trāslationi Cōcordāt hebrei apud q̄s legitur napsibe caphi.qđ est aīa mea in manu.Plotinꝰ in libro de ꝟtutibꝰ dicit Aīam nō habere supra se naturam nisi deum a q̄ sicut luna a sole ꝟtutez mutuat̄ ⁊ lumen.Nec ab ijs multum dissidet qđ Aristoteles đt in politicis rōnem scꝫ principatu politico appetitui.corpori vero despotico imperare.inter hos duos pricipatus hoc interest:ꝙ in despotico hoc est herili nā greci dominiū Δεσποτιαν vocāt.iugū seruitutis est grauius sicut seruiuit Jsrael in ęgypto.⁊ hoc ius habet animus in corpꝰ.in aīam vero sicut ⁊ in angelos solus deꝰ.Unde sicut in apocalypsi legit̄ Joāni ab angelo quē adorare volebat respōsum est.Uide ne feceris ꝯseruꝰ enī tuus sum.sꝫ in hac dei seruitute summa Libertas est.qꝛ deo seruire est cū eo regnare.Jn politico autem subditi aliquādo pn̄t ⁊ ꝯtradicē principibus ⁊ aduersari.sicut ⁊ appetitꝰ rationi Hāc etiā ob cām spūs promptꝰ ⁊ caro infirma vocat̄ a christo.Corpꝰ est igit̄ vile mācipium.animꝰ aūt semꝑ ⁊ vbiqꝫ principat̄.corpꝰ suū regit ⁊ possidet.At nos qui ꝑ inscitia ac dementia nostra magis corpus q̄ꝫ aīam colimus.concupiscentijs nostris illecti ⁊ abstracti deuꝫ subornare ⁊ pueriliter ac inepte supplicādo in sentētiam nr̄ām conamur attrahere At sicut neqꝫ pater filio semꝑ indulget sic neqꝫ deꝰ nos semꝑ exaudit Proptēa filijs Zebedei honorē ambiētibꝰ ꝓmisit martyriū.ac si dicēt vos salutis vestrę ignari:ea tm̄ q̄ sūt corꝑis infantiliter petitis.ergo āt q̇ tanq̄ꝫ opifex figmētuꝫ vr̄m intelligo ⁊ tanq̄ꝫ pater verā vr̄ām salutē inq̇ro.corꝑe cuiꝰ natura caduca est cōtempto.circa ea q̄ animi sunt laboro Expuēde sunt igit̄ huiōi cogitatiōes Deus vt nr̄i misereat̄ orādus Et in hoc maxīe audiendꝰ ē Socrates:q̄ nihil vltra a dijs petendū arbitrabat̄.q̄ꝫ vt bona tribuāt.Nos autem id in plerūqꝫ votis expetere qđ nō Jmpetrasse meliꝰ foret Jpse enī deꝰ fecit nos ⁊ nō ipsi nos.sub potēti manu eiꝰ hūiliari nos decet Jpsi enī est cura de nobis.⁊ vt Jacobus inq̇t expectat a nobis fructū nostrū temporaneū ⁊ serotinū Eum scilicet quem Maius.⁊ quem September afferat.q̄ sunt ꝑ metaphoram dicta.vt per hęc intelligamus ⁊ euꝫ fructum quem adolescēs adhuc in Juuenta.⁊ eum quam Aetas in occasum vergens.⁊ in mortem iam inclinata producat.

¶An distributio complexionum procedat a fortuna. vel a casu. Et ꝙ Aristoteles fortunā male descripsit. Capitulū.vj.

Ides igit̄ que sit ↄplexionū ratio diuersaꝝ. que si patrem qui generat mortalem inspicias veniēt a fortuna Si ꝟo ad angelos qui mūdo p̄esunt. si ad deum reꝝ opificem spectes. nec fortuna nominanda. nec casus. Id nāqꝫ a fortuna factum đt Aristoteles qđ efficiens dum aliud quidpiam optat. effecerit. Ut fossor si dum plātande vitis grā scrobem facit. Thesauꝝ reperiat Thesaurus inuētus a fortuna dicetur ꝛ ipsa fortuna ipse fossor erit At deus q̇ vt Augustin⁹ inq̇t. nō aliter nouit facta ꝙ fienda nunqꝫ agere sic p̄t vt dum vnū intēdit. aliud faciat: hoc nobis argutilis sed re vera parū cernētibus. vt plurimū alucinātibus accidit. si em̄ fossor Thesauꝝ hic latere nouisset. iam nō ꝓpter aliud. sed ipsius Thesauri grā fodisset. essetqꝫ thesauri inuētio nō fortuita sꝫ a ꝓposito fodiētis intēta. ꝓptéa đt Aristoteles. vbi maior intellectus sit. esse fortunā plerūqꝫ minorē. qđ ego ꝑ captu meo sic intellexerim Intellectui qualis noster est. qui sibi que euentura sunt parū videt. preter ꝓpositum multa ↄtingūt. Nam fallax ista rerum mobilitas. ꝛ incōstās mūdi fluctuantis ingenium noua semꝑ important. ꝛ bona ac mala sperata ꝛ insperata ꝑmiscue ingerit nature nunqꝫ ociosa foecūditas quo fit vt euenta plura sint ꝙ a nobis mortalib⁹ ꝑ̄scari possint. ꝛ hec causa ē. vt in tāto rerum fluxu querenti vnum. aliud se offerat. sicut in foro cum nundine sunt. in tanta plebis frequētia ignoti plures ꝙ noti occurrūt. Si ergo dum Petrum queris Joānem reperias. id dicet̄ factum a fortuna. animo igit̄ omnia intuēti vt diuino nihil plurima ꝑspiciēti vt āgelico. pauca. pauca cognoscenti vt nostro: multa a casu ꝛ fortuna ↄtingūt. Nō videt̄ tn̄ Aristo. recte fortunā descripsisse cū eā dixit cām ꝑ accidēs. licet em̄ is q̇ dū colit agꝝ repperit thesauꝝ. sit ei⁹ inuētiōis cā ꝑ accidēs. q2 dū aliud facit istud offert̄. non tn̄ est fortuna fossor appellādus nomē em̄ fortune nō ad fcādū habꝫ cās. sꝫ ad lōge aliud iuenit antiq̄tas dēā em̄ fortunā dixerūt q̄ dandi ꝛ auferēdi iūs h̄rēt. ꝛ ei vetēs gubernaculū ꝛ copiā appingebāt tali figuratiōe innuentes bona hec terrena regia fortuna iuxta illud Ouidij. fortune cetera mādo Que iuuet. ꝛ meli⁹ ꝙ tu tibi ↄsulat opto Cām ḡ quandā latentē ꝛ ignotā vn̄ accidētiū reꝝ subitus ꝛ inopinat⁹ ꝓdiret euēt⁹ dixere fortunā. Qđ si dicat Aristoteles thesauri fortuitā effossionē preter fossorē. causam nō habere. ꝛ ideo fortunā fossorē appellandū. Id plane absurdū est. nam apud sapiētes confessum est in omni causarum serie causam per accidens nunqꝫ esse primam

Sed causas indagātem cum talem inuenerit oportere altius speculari donec cām videat q̄ effectū norit ⁊ intēdat. hāc autem in stellis vbi fatū collocant. quia rōne carēt. nō inuentā quercm⁹ in spūalis natura substātię. q̄ deo ⁊ angelis bonis ⁊ malis est cōmunis. cām ergo talem arbitratu suo ⁊ temere. vt aiūt: cuncta dispensantē fortunam indigitāt. q̄ pfecto nihil aliud est. nisi deus. ⁊ āgeli in ministeriū dei creati. q̄ si aliqn̄ vident dando aut auferendo temerarij. nihil tn̄ agunt incōsulte. sʒ est potius in humano intellectu cecitas. ⁊ in iudicio hoīm magis q̄ʒ in opatiōe illorū temeritas. causas huiōi īmateriales ⁊ incorporeas q̄ re vera mundū administrant visus est Aristoteles nō curare. q̄ nihil de eis exploratuʒ haberet. ⁊ q̄ id negocij supra humanū iudicauit ingeniū. in hanc disputatiūculam me traxit puidentię diuinę reuerentia a cui⁹ autoritate subtrahi vident quecunqʒ fortunę tribuānt. fortunę inqʒ quę quid sit nescitur. ac cū eam esse ↄstat dei puidentiā. leuius patientia suadet ⁊ emulus q̄dam deo subtrahitur. Sed ijs iam parcēdum existimo ne in philosophorꝝ q̄ physici dicūntur, spineta te dūcam. socratica illa philosophia vtilior q̄ vitam ⁊ mores instituit: illa enim doctos tantum facit. ista vero ⁊ doctos ⁊ bonos

¶ In quo consistat felicitas in hac vita contra Peripateticos et Stoicos Ca. vij.

h ic fortasse quispiam dixerit. cur nō ęgre: cur non moleste ferende sunt ęgritudines. cum nos in hac vita miseros reddāt. Aristoteles eñ cuius tāta est omnis autoritas vt ab eo preuaricari nefas putent. in ethicis dicit: felicitatem humanam in ꝟtutis opatione cōsistere. sed pfectam nō esse. nisi ꝟtuti animi corpis ⁊ fortune bona coniūgant. cuiusmodi sunt corpis sanitas. forma liberalis. honesta familia diuitię etiā quę nobis familięqʒ sufficiant. amici quoqʒ optimi. quibuscum iucunde viuere ⁊ omnia cōmunia habere possim⁹ ⁊ vt ipse Aristoteles inq̄t sine amicis nullus eligeret viuere etiā si cūcta possideat bona. At inter corpis ⁊ fortunę bona. sic eñ vocāt ipsi bona externa pmū locū tenere videt corpis sanitas. sine qua neqʒ amicorꝝ congressus: neqʒ diuitiarꝝ vsus. neqʒ bonorꝝ splendor. neqʒ liberorꝝ copia delectare tantuʒ sufficit: vt fęlices simus. paucis ego Respondebo. affirmaboqʒ Aristotelis humanam esse sentētiam Et ppterea oportere eā sacris eloquijs cedere. ⁊ veritati reuelatę diuinitus nō eñ potuit ipse q̄ ad speculatōeʒ corpeę naturę se ↄuerterat: supra incorporea oculos eleuare Nec aliud fęlicitatis genus vidit q̄ʒ eius q̄ in hui⁹ vitę turbinibus pt vel nullis certe admodum paucis accidere Sed filius hoīs qui de coelo descendit nos ad

alium finem genitos esse monuit Ipse nimirū ille fuit de quo inq̄t Oui
dius Pronaq; cū spectēt aīalia cetera terram Os homi sublime dedit.
coelumq; tueri Iussit: et erectos ad sidera tollere vultus Cōsumata felici
tas in hac vita si haberi possit: disputet ab alijs Certe apud nos definitū
est a nullo adhuc habitam Legimus omniū qui añ nos fuerūt historias
hebreas grecas. latinas. barbaras Qui fuerit in hac vita pfecte beatus
repperimus neminē Legim⁹ infinitas hoim miserias. calamitates erū
nas. multorum etiā domi et foris sapiēter dicta. fortiter facta. prudēter con
sulta. vere beatū nusquā Inuenimus Pli. libro septimo Naturalis hi
storie. capite. xli. vna inq̄t foeminarum in omni euo Lampido Lacedemo
nia refert. que Regis filia Regis vxor Regis mater fuit. Una Phere
nice que filia. soror. et mater fuit olympionicarum Pherenice Ista que et
Callipatira dicta fuit. filium Pasirhodum in certamē olympicū psecu
ta virili habitu quasi pugil cū victorem agnouisset. superato aggere quo
gymnici claudebant. nudauit se. et ad poenā quesita q Alpheū amnē trā
sisset. id em̄ diebus illis foemis erat capitale absoluta est datumq; id pa
tris et fratris et filij verecūdie. q omnes olympionice fuerunt. et hac cau
sa inducti q sacris certamib⁹ preerāt statuerūt vt ex eo tpe nudi adessēt
q ad ludicrum id certamen cōuenirent Una familia Curionum. in qua
tres cōtinue vna serie oratores extiterūt Una fabiorum. in qua tres conti
nui Pricipes senat⁹. M. Fabi⁹ Ambust⁹ fabius Rutilan⁹ fili⁹. Q.
fabius Surges nepos. Idem capite. xliij. Q. Metell⁹ in ea orōne quā
habuit in supremis Laudibus pris sui. L. Metelli Pōtificis. bis cōsu
lis. dictatoris. magistri equitū. quidecim viri. qui pmus elephātos pmo
punico bello duxit in triumpho. scriptū reliq̄t decem maximas res opti
masq;. in qbus querēdis sapiētes Aetatem exigerēt cōsumasse eum. vo
luisse em̄ primariū bellatorem esse optimum oratorem. fortissimū impa
torem auspicio suo maximas res geri. maximo honore vti. summa sapiē
tia esse summū senatorem haberi. pecuniam magnam bono modo inue
nire. multos liberos relinquere. et clarissimū in ciuitate esse. hec cōtigisse
ei. Nec vlli alij post Romam cōditam. Lōgum est refellere. et supuacu
um. abūde vno casu refutāte. si quidem is Metellus orbam luminibus exe
git senectam. amissis incēdio cum palladium rapet ex ede Veste memo
rabili cā. sed euētu misero. quo fit vt infoelix quidem dici nō debeat. felix
tamē esse nō possit. sic Pli. alterius metelli. q hui⁹ nepos fuit mētionem
facit. qui pter honores amplissimos cognomenq; Macedonie. a quat
tuor filijs illat⁹ est rogo. vno ptore. tribus cōsularibus duob⁹ triumpha
libus. vno censorio. que singula q; paucis cōtigere. In ipso tamen flore
dignitatis sue a Catinio labeone tribuno plebis. quem esenatu censor eie

cerat: reuertēs e campo meridiano tpe vacuo foro ꝛ capitolio ad tarpeiū
raptus vt p̄cipitaret. vix potuit limīe mortis reuocari. ꝛ in fine ei⁹ capi
tis ꝯcludit dicēs. Nulla est ꝑfecto solida felicitas. quam cōtumelia vi-
la vite rumpit. ꝛ in humanę felicitatis inquisitiōe ꝑsistens nomiato et
excluso Augusto. qui ꝓpter amplissimā imperij dignitatem fœlix cū nō
esset: videri tamē poterat. duos subijcit. quos ad castigādam hoīm vani
tatem dij felicissimos indicarūt Phedium quēdam. qui ꝓ patria ꝓxime
occubuisset. Et Aglaum Arcaduin pauperrimū: quem a psophide vico
psophidium cognominant. cum em̄ Gyges Regno Lydię armis ꝛ di-
uitijs abundātissimo inflatus aīo Apollinem pythiū venisset sciscitatū
an aliq̇s se esset felicior De⁹ ex abdito sacrarij specu Aglauꝫ ei ꝑtulit Is
ętate senior terminos agelli sui nunq̄ꝫ excesserat. paruuli ruris fructib⁹
ꝛ voluptate ꝯtent⁹ Cui sn̄ię plane astipulat̄ illud sapiētię. melior ē buc
cella cū gaudio. q̄ꝫ domus plena diuitijs cum iurgio. Item illud psalmi
Melius est modicum iusto. sup diuitias pctōꝝ multas Et capite. xlvij
memīt cuiusdam Euthymi pyctę hoc est pugilis. enim pugil interpręs-
tatur. qui quoniā sem̄ Olympię victor fuerat. ꝛ semel tantuꝫ a Thasio
Theagene circumuētus dolo victus Iussu eiusdem oraculi ꝛ Iouis asti
pulatu ꝓ deo est habitus ꝛ cultus Patria ei locri in Italia. q̇ epizephy-
rij dicūtur. apud quos erat ei statua. ꝛ Olympię altera. q̄ ambe vna die
fulminis impetu ꝯsumpte sunt. hic teste Aeliano in libro varię historię
octauo. saxuꝫ ingēti magnitudīe gestabat: qui locris ostēdebat̄. ꝛ alio q̄ꝫ
cęteri mortales fato absumptus est Nam apud Cecinū amnē q̇ locros
diuidit a Rheginis ab oculis hoīm repēte disparuit. hi sunt quos ex to
to humano genere. ex tam infinita hoīm multitudīe vt felices haberent̄
electi sunt. de q̇bus illud Hieronymi nostri dici p̄t. quātis laborib⁹ here
ditas cassa expetit̄ minori ꝓmissa p̄cio margarita christi emi poterat Ue
ra ergo solonis sentētia q̄ꝫq̄ꝫ ab Aristotele damnata. q̇ neminem in vita
beatum existimauit dici debere Cui cōsonat illud psalmi Cum dederit di
lectus suis somnum ecce hēditas dn̄i. Nō plus ergo q̄renda ē in hac vi
ta fœlicitas. q̄ꝫ apud gallos Roma. apud gallos em̄ nunq̄ꝫ ipam vrbem
Romam sed viam quę Romam ducat inuenias Nulla est igit̄ nec esse
potest dum viuimus nobis alia felicitas. q̄ꝫ ad veram felicitatē vera via
quam qui tenet a mortalitate ac miserijs se asserete p̄t Uita em̄ nostra si
cum ꝟtute ꝛ dei gratia agat̄. ad beatitudinē. si cū vitijs ꝛ dei odio a mise-
ria ad miseriam est via. ꝛ quāto vita hęc laboriosior ęrumnosiorq̄ꝫ ē. mo
do Iusticiam ꝛ pietatem seruet. tāto maior est futura felicitas Audi nō
me. sed Ioānem in Apocalypsi Beati qui lauant stolas seu vestes suas
vt potestatem habeāt in ligno vitę. ꝛ per portas intrēt ciuitatem stolas

lauare est pœnitētiam agere. quę prędicatōis christi fuit inicium. in ligno vitę potestatem habere. christo qui est lignum vitę in medio Paradisi ē frui posse Per portas intrare Ciuitatem. est per mādatorum obseruationē ad cœlum ire. Dixit enim christus adolescenti. si vis ad vitam ingredi. serua mandata. sed quid multis opus est quando licet vno verbo concludere. res ita se habet. vera et compēdiosa felicitas in hac vita nulla est alia nisi mādatorum dei et Euāgelicę legis obseruatio. nō diuitijs nō potētia itendendū est. Regnum dei ęstimationem non habet. quantum exhibere potes. tāto emitur Non opus est sanitate. nō liberis. nō clientibus. nō amicis. Sed dei gratia et virtute conādum est. vtrāque a nostro pendet arbitro. licet enim sine dei munere. neque virtus. neque gratia haberi possit. tamē vtrumque ideo nostrę est volūtatis. quia deus bonorū suorum liberalis ac magnificus dispēsator. tantum tribuit. quātum est quisque paratus accipere. stat enim christus ad ostium et pulsat. ad aperiētem intrat. cum eo assidue epulatur et habitat. Neque stoici igitur cum duce suo. Zenone. neque peripatetici cum duce Aristotele recte de felicitate senserūt Illi enim in virtute sola. Isti in operatione virtutis eam collocāt. Sed nos a deo illuminati et edocti virtuti operationique virtutum superaddimus gratiam Hęc si consequi potes (potes autē si vis) licet amicis priueris. licet summa premaris inopia. Licet cum Job in sordibus iaceas. Licet insanabili morbo teneas. felicitatem tamē habes non illam quam Sardanapallus vir muliere corruptior. nō eam quam Crœsus et Attalus. nō illam quam Salomon habuit dum corrupte vixit. sed eam quam Paulus quā Petrus et alij habuerūt. qui in tentatiōibus cum christo permāserūt. sed tandem postremo loco audi testimoniū christi. quo nullū maius excogitari potest vide vbinam christi iudicio p̄ntis vitę beatitudo sit posita beati inquit eritis cum vos oderint homines. et exprobrauerūt. ac eiecerint nomē vestrū tanquam malum propter filiū hominis gaudete et exultate. ecce enim merces vestra copiosa est in cœlo

De Synteresi Ratione. et cōscientia Ca. viij

Pulsatio christi de qua dicitur. ego sto ad ostiū et pulso. nunquam intromittitur. die noctuque perstrepit. domus est aīa: ostiū volūtas. tres quibus fit pulsatio. sunt mallei synteresis. rō. et cōscia. Synteresis est aīę generale iudiciū. quo quod agendū sit naturaliter in gn̄e cognoscit. vt quod colēdus est deus. quod pater honorādus. quod subueniendū miseris quod semper in commune bonum aliquid cōferendū quod humana societas est seruanda. hęc animi virtus. quia nunquam corrūmpitur. Synteresis. hoc est conseruatio dicitur a grecis. Ratio ad singula descēdens subiungit. hūc esse deum hūc

esse patrem huc esse miserum Cōsciencia ad opus pperās.huc igit colē-dum.huc honorandū.huic subueniēdum esse cōcludit discursus iste consilium est.qd intellectus opatiōe pficit.et ex his colligit syllogism⁹.quiaprapi hoc est ab opatiōe practicus dr. Ad primā vim nullo nobis op⁹ preceptore. Lumē est ppetuū naturali luce semp illustre. semp clarum. nec extingui pt.nec abscōdi Hoc em est de quo in psalmo dr. Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe. Ad rōnem multū cure. multum opere impendēdum falli namqz facillime pt.et ea decepta ɔsciētiā que sequit labi decipi et errare necesse est Intellectus igit triplex ē malleus.quo ianua id est volūtas pulsat.nam ad intellectum tria illa ptinēt pulsator ē deus pulsat autē vt aperiat.apertio est electio.hoc est ɔsultationi q̄ precessit ɔsentane⁹ volūtatis assensus. Si qd ɔsciētia dictat eligit.patefacte sunt ianue.et ingrediēte deo fit salus aie. Recta volūtatis electio domus est apertio.grē infusio dei est introit⁹: de hac dei pulsatiōe Paul⁹ ad philippēcis capite scdo Deus est inqt qui opatur in nobis et velle et pficere quo p bona volūtate scz sua

Quod sine dei custodia frustra laborat humana prudentia Capitulū .ix.

Et dicet quispiam dum me infirmitas reddit inutilem: q̄s familie aderit.quis Liberoꝝ necessitati occurret. Didicimus adhuc pueri versus illos Maronis in Georgicis Uidi lecta diu ac multo spectata Labore Degenerare tamē ni.vis humana quotānis Maxima queqz manu legeret.sic omnia fatis In peius ruere.ac retro sublapsa referri. Respōdebo ad hec sic breuiter.vt respōsione nō grauem.sic p lixe vt voto satisfaciam. Ille custodiet qui semp custodit: At quid dt p pheta. Nisi dñs custodierit ciuitatem.frustra vigilat qui custodit eam. Nisi dñs edificauerit domum.inuanum laborant qui edificant eam. An putas tibi filioꝝ tuorum maiorem curam esse q̄z deo. Sz vide apd esaiam.capite.xlvi. Quāta nos charitate suscipiat quāta errores nrōs patientia ferat: quāta nos fide custodiat.ait em. vsqz ad senectā ego ipse. et vsqz ad canos.ego portabo.ego feci .ego feram. ego portabo et saluabo. Quomodo fieri pt.vt sit in alicui⁹ corde tāta duricies quā diuine dignationis sermo tā pius emollire nō possit Quis est aio tam stupido q̄ audita p os tāti pphete diuine pietatis redūdātia tāta nō putet ei suarū reꝝ curam esse Nō speret se mortuo familiā regi. At dices experimēto didici eas familias pessum ire quas nullas pater curat.nullus tutor regit nullus oeconomus admistrat At ego quoqz experimēto didici multas familias qb⁹ aderāt custodes amici. curatores.pessum isse.interisse.et

euanuisse. Ubi Priami domus. que tum cū maxime viris opibusq̄ pol
lebat. igni ferroq̄ ꝯsumpta est. Ubi Neronis familia: q̄ tum cum coe
los tāgebat a fundamētis est eruta. Ubi lōgobardoꝝ ⁊ gothoꝝ princi
patus. q̄ postq̄ ꝑ omnem fere italiam radices miserat repēte cōuulsus ē
Ubi carthago. Ubi corinthus. Ubi numātia Ubi vetus illa hierusalē
Ubi Rome gloria Perierūt. in cinerem lutumq̄ ꝯuerse sunt non quia
defensoribus carerēt. sȝ qm̄ de⁹ custodire cessauit Hector apud. Maro
nē inq̄t Si pergama dextra defendi possent. etiā hec defensa fuissent At
ꝯtra. qs Remulum ⁊ Remum infantes. nudos feris expositos. omni
humana ope destitutos seruauit inter Lupos. Quis hispanoꝝ ducē abi
dem ad feras piectum. Quis Cyro infanti quem postea Persaꝝ regem
effectum Christum suū deus vocat. nutricē canem dedit: Quis istos cu
stodiuit. nutriuit ⁊ aluit. Quis moysem fiscella inclusum. in alga iacen
tem fluminis alluuioni expositum liberauit. Quis Petrum a fluctib⁹ ab
sumptum ne mergeret erexit. Quis est ergo q̄ facit hec. Nempe ille qui
facit omnia. at dices: cessabim⁹ ergo nos. Ignaui iacebim⁹. faciet ille ō
nia Ne sic dixeris Audi qd̄ sup hoc Gregori⁹ sentiat ei⁹ hec v̄ba sunt de
deo loquētis. licet em̄ omniū bonoꝝ sit ipse Largitor. fructum tamē no
stre q̄rit industrie. finge liberis tuis esse nutricem. que morbo ꝯfecta ac
iam moritura filiorum tuoꝝ vicē ingemiscēs p̄nte te clamet Quis dul
cissimi infantes deinceps me vita functa vos pascet Quis vestiet Quis
educabit. ⁊ reget Tu pater q̄ hec audis nōne lamētationes has ⁊ vanas
⁊ supuacaneas dices Nonne recti⁹ loq̄retur si diceret Deinceps vobis
pueri melius erit qm̄ me abeūte sub paterna disciplina futuri estis. hac
tenus viuēte me parētes q: vos mihi crediderāt. forte negligēti⁹ vos ha
buerūt. at cū abiero. ipsi oneri ⁊ cure succedent. recta hec cogitatio sermo
q̄ fidelis. Sic ꝓcul dubio nobis accidit Carole Antoni vir optie De⁹
nobis pater est. lōge plus nos amat. sapiētius gubernat. q̄ nos ipsi nos
Sed nostra temeritas finem nō habet. fides nostra ceca est spes nostra
spū carēs tanq̄ follis sine vēto iacet. frustra ergo dictum ē. Jacta in do
mino curam tuam. ⁊ ipse te enutriet Ergo tam surdi erim⁹. vt nō audia
mus dominū ad vos ex Euāgelio Mathei clamantē. Considerate lilia
agri que nō laborāt neq̄ nent. Nolite soliciti esse dicentes. q̄d māduca
bimus aut q̄d bibem⁹ aut quo operiemur Nolite in crastinū soliciti esse
sufficit diei malicia sua hoc est anxietas ⁊ solicitudo Querite p̄mū reg
num dei. ⁊ iusticiā eius. ⁊ hec oia adiicietur vobis.

Cur bonis eueniāt mala phōꝝ opinio Ca. x.

p Latonici q̄dam. in quoꝝ catalago Plotin⁹ est. cur boni flagellē

tur a deo. cām inquirētes ad Pythagorē Palingenesiam recurrerūt qui ab aliquo demone psuasus se aliqn̄ euphorbū. aliqn̄ pauonē fuisse putauerat. Existimauerūt ergo aīas pluries in corporeis fuisse. ⁊ pro vnius vitę meritis premia in alia vita recipe. ⁊ sic fieri vt q̄ vni corpi iūcta peccauerit. in alteri⁹ piunctōe plectant. atqꝫ ita iuste potuit p euphorbi scelere pati Pythagoras. sꝫ lōge nobis aliena mens ē Palingenesiā catholica nō audit ecclesia. pter eā de qua Christ⁹ dixit oportet vos nasci denuo. qd̄ dictū admirat⁹ Nicodem⁹ pnceps phariseoꝝ Quō inq̄t pt hō nasci cū sit senex Sed de hac mō non est sermo Astronomi coelo imputant. vn̄ Mar. Manlius in quarto astronomicon libro inq̄t.

Fata regunt orbem. certa stant omnia lege.
Longaqꝫ per certos signantur tempora cursus.
Nascentes morimur: finisqꝫ ab origine pendet.
Tunc ⁊ opes ⁊ regna fluunt. ⁊ sepius orta
Paupertas: artesqꝫ datę. moresqꝫ creati
Et vicia. ⁊ clades damna. ⁊ cōpendia vitę.

Uulgaris ⁊ supstitiosa gētilitas numina qdā aduersa esse credidit qb⁹ infestādi hoīes libido insit. ⁊ ea esse qui Uirgili⁹ leua appellauit. his nō ptradicim⁹. sed ad orthodoxę fidei regulā reducētes leua hec numia demones nominam⁹ nocēdi auidos ac nobis infensos. ⁊ iō numia dici possunt q habēt volūtatem ac ptātem. numen eni vtrūqꝫ significat. Sed ipsos cum stellis ⁊ causis oīb⁹ quas secūdas dicūt sub arbitrio cōmunis dei optimi maximi credimus ptineri. qd̄ ⁊ sancti Job testatur historia Illic namqꝫ dr ptātem tentādi a deo datā. nec prius ausum fuisse diabolum nisi quā do ⁊ quatenus accepit a deo

¶ Sex causę flagelloꝝ nostroꝝ Ca. xi.

Eatoꝝ vero patꝝ qui deo inspirāte locuti sunt snīa est: quattuor de causis fieri vt homīes vitę hui⁹ angustijs pressi multiplr flagellent a deo Ego aūt sex ⁊ amplius causas esse pperio qd̄ sacre scripturę testimonijs pstat Quidam nāqꝫ flagellant a deo vt flagitiosę vitę maculas pnitētiā deleāt. pctm̄ eni qd̄ prudentia nō cauet. poenitētia delet Et ipsa vt sancti docet scd̄a post naufragiū est tabula. Nam cum statim baptizati matris eccię sinuz ingredimur. q̄ nos ad coeli portum vehat. nauē intram⁹. eccia nāqꝫ nauis est Petri. Sꝫ si furētib⁹ tentationū pcellis innocētię carina soluta sit Corripiēda ē poenitētię tabula. Cui p vndosum sęculi fretū innitētes ⁊ si non sicci. viui tn̄ feramur ad Litt⁹. pcti aūt remissionē litt⁹ voco Sꝫ qm̄ in his naufragijs qdē vsqꝫ adeo stulti sunt, vt neqꝫ saluari curēt de⁹ optim⁹ ac piissim⁹ nauarchus

eos vt tabulā hāc capiāt ꝟberib⁹ excitat negligētiaȝ icrepat somnolētiaȝ discutit ꝛ lethargicā ignauiā stupet pastor bon⁹ flagris abigere hāc ob rē popul⁹ hebreus missus ē in captiuitatē totiēs. totiēs incola fuit in terra aliena ꝛ in egypto sub pharaonib⁹. ꝛ in Babylonia sub Assyrioꝝ Regibus vt tot incomodoꝝ malleis attriti ꝛ penitētię scobina ac lima expoliti sordē desinerēt Qḋ vt ita esse cōperias lege Judith historiam vide qḋ Achior dux amonitaꝝ holopherni de indeoꝝ gēte ꝯsultāti rñderit Dixit nāqȝ ꝗtiēscūqȝ ꝑter ipm̄ deū suū alteꝝ coluerūt dati sūt in pdā in gladiū ꝛ in opprobriū. ꝗtiēscūqȝ āt penituit eos recessisse a cultura dei sui dedit eis de⁹ celi ꝟtutē resistēdi Ecce ꝗ pacto alienigenaꝝ ꝗȝ testimoīo (erat em̄ achior alienigena) flagellat hoīem de⁹ vt ad pniam adducat Nec desunt ad hȝ testimonia ex Maccabeoꝝ libro quē Joseph⁹ is ꝗ antiqtates edidit ꝯscripsisse dr̄ ait em̄. Obsecro āt eos: ꝗ hūc libꝝ lecturi sunt ne abhorrescāt ꝓpt̄ aduersos casus Sȝ reputēt ea ꝗ acciderūt nō ad interitū. sȝ ad correctiōem esse gn̄is nr̄i ꝛ em̄ multo tp̄e nō sinere pctōres ex snīa agē sȝ stati vltōes adhibē magni bn̄ficij ē iudiciū. hec ille legim⁹ Attilā hunnoꝝ Regē ferocissimū cū tātis cladib⁹ vastaret Italiā dixisse se. ꝙ re vera erat. flagellū dei esse: legim⁹ ꝛ i recētiorib⁹ historijs Tamerlanē tartaroꝝ ꝗ scythę sūt regē. cū rei bellice successu iflat⁹ Paciatē Turcoꝝ impatorē bello captū quasi ferā cauea iclusuȝ secū ꝗcūqȝ castra mouisset. circūferret. dicē solitū. se eē dei irā. ꝛ orbis vastitatē Meōria ꝓditū ē Hānibali cū flagrāti odio festiaret ad Italos appulisse i somnis ꝟpētē horrēde magnitudis ꝗ a tergo sequēs exercitū nemora ꝛ salt⁹ igēti fragore ꝓsternēt: qḋ aliud erat serpēs ille terribil'. ꝗȝ Hānibal ipse: cui⁹ ministerio volebat deus totius Italię flagitia

❡ Secunda causa flagellorū Ca. xij.

Eus etiā hoīes nōnunqȝ asperius tractat. non vt pctōꝝ rubiginem abstergat: quā nō hn̄t: sȝ ne iminēti sorde se inqnent. ea diligētia in nos vsus quā nos in seruādis cibis adhibem⁹: solemus em̄ carnes quas sum⁹ in plres dies seruaturi. aut sale ꝑfundē aut aceto imergē. aut frigidissimo i loco suspēdere Solebāt etiā antiqui mortuoꝝ corpa mirrha perūgē. qm̄ his oīb⁹ cōtra putrefactionē ꝟt⁹ inest. Sic nimiꝝ flagella diuia ꝯtra futurā culpā singulari solēt eē remedio Hic Paul⁹. ꝛ ne magnitudo inqt reuelatienū extollat me datus est mihi stimul⁹ carnis meę sp̄us sathanę ꝗ me colaphizet Legisse me memini locū nō memini quendam viꝝ scissimū a demoio qḋ suis tūc meritis ab energumio ꝗdā expulerat fuisse arreptū. ꝛ id ꝓ remedio factū a deo ne scȝ tāte gratię miraculo elattus gratię statum amitteret: quem habebat

¶ Tertia causa flagellorum Ca. xiij.

Sepe numero deus profectui nostro semp̄ intentus sicut Aquila prouocans pullos ad volādum. vt nos altius p̄uehat. terrenis voluptatibꝰ priuat. sic fit vt mens q̄ in his humilibꝰ terre bonis cibū nō inuenit. sublimius vt pascat̄ ascēdit. ⁊ hec cum plerisq̄ alijs sctōꝝ tum p̄cipue diuo Hieronymo ad p̄fectionē via fuit Hieronymꝰ em̄ dū intēpesta nocte ad psalmodiam de more ꝯsurgeret muliebrem vestē ab emulis clam suppositā: nihil tale suspicatus. induit. ⁊ in eo habitu dum strenuus Christi miles in ecclesiam sine mora se p̄ripit. chorum cantātium ingressus patuit ꝯtumelie nō vulgari. nō tamē animo fc̄us nec victus a malo sed vincēs in bono malum. sapia em̄ vincit maliciam. cū. sancto Jacob cessit ire cessit insidijs Hierosolimā p̄rexit. eremū incoluit testamēta trāstulit. ⁊ mirabilis vite scitatē clarꝰ nonagintanouē obijt. Sic ⁊ nos solemus aliqn̄ euntem equū calcaribus. ut celerius gradiat̄ vrgere. De hoc autem tētationis genere Gregorius in Ezechielē loquens ait Qd̄ flagellū grano. qd̄ fornax auro. qd̄ lima ferro. hoc facit tribulatio viro iusto. Item p̄cutimur in via. ne viam p̄ patria diligamus Et iterū tolerandi ergo vbiq̄ sunt p̄ximi quia Abel fieri nō potest. quē Chaim malicia non exercet.

¶ Quarta causa flagellorum. Ca. xiiij.

Datur etiam bonis aduersitas: vt ad aliorum p̄fectum p̄ eas tanq̄ p̄ indicem magis eoꝝ patescat integritas Ad qd̄ ostendendū duoꝝ hominum clarissima p̄ferent̄ exempla Habraham scilꝫ ⁊ Job eius ꝯsanguinei. nā s̄m Hieronymū in questiōibꝰ hebraicis a Nachor fratre Habrahe descēdisse Job credit̄. In his ergo duobꝰ viris illustribus duaꝝ virtutum maximaꝝ ⁊ homini maxime necc̄arium exemplar. cui te ꝯformari oportet. est positum Ad hos tanq̄ ad normam ⁊ ppendiculum respiciūt omnes q̄ deo volūt p̄fecte obedire. ⁊ equo aīo aduersa tolerare Stabat lachrymabūdus Habrahā vnicum p̄clari ingenij ⁊ optime indolis filiū adultum sibi obsequētem. innocētem. pium. māsuetū amisso plus alterius spes nulla superat. stricto ad aras gladio ꝯfossurus. Credimus ne saxeū pectꝰ Habrahe fuisse: putare possumꝰ sup tam elegātis forme filium cum tam patiēter gladio porrigeret iugulū. pater ne pietatis viscera non ꝯmota Magna certe ⁊ plusquā dici possit p̄ris ⁊ filij fides fuit. fortitudo mirabilis Cōstantia plusquā hūana. patiētia singularis ⁊ inaudita. hoc spectaculo delectatꝰ deus totā eoꝝ posteritatē vsq̄ ad aduētum Christi peculiari semp̄ cura tutatꝰ est Job vo patie-

facta est miseris ⁊ erumnosis cōmune refugium. ⁊ magisteriū vniuersale dolētium. in eo tanq̄ȝ in celebris tabula describūtur vite nr̄ē casus. ⁊ q̄modo ferēdum sit vnum quodq̄ȝ aduersitatis genus ostendit. ⁊ sunt q̄ putēt librū illū nō historiā veram ꝯtinere. sȝ parabolam esse ⁊ quasi figmētum quoddā poeticū. eorsum inuētum, vt legētes tolerantie leges ⁊ iura ꝑdiscerēt. sed re vera gesta res fuit. ita nos sentire cogit veneranda autoritas sanctorū Patrum. ⁊ in p̄mis Hieronymi. qui Job post Moysen ⁊ ꝓphetas omnibus agiographis anteponūt. ipse in tota libri sui serie nil aliud conatur ostēdere. q̄ȝ hoīes nō semꝑ suis meritis. sed etiam secreto dei iudicio aliqñ ⁊ si sine culpa: nō tamen sine causa flagellari a deo. ꝯtra qd̓ amici eius ꝓbare nitunt̄ plecti nō debere hoīem innocētem ⁊ eū qui a deo flagellat̄. de p̄cedenti culpa ex poena redargui. qui sensus cuȝ refraget̄ fidei orthodoxe. erit a nobis tanq̄ȝ q̄dam scopulus euitandus hec aūt oīa ad disciplinā nr̄ām sunt facta ⁊ scripta. sicut in littoralibus quas pharos vocāt turribus nocturne lāpades accendunt̄ vt portū nautis tēpestate iactatis a longe ostēdant.

Quinta causa flagellorū. Ca. xv.

Non nunq̄ȝ ad solam dei gloriaȝ ꝑcutit homines saluator ostendit cum discipulis interrogantibus suo ne an parētum merito factuȝ esset. vt quidam cecus natus esset Rn̄dit eam cecitatem. neq̄ȝ ipsum cecum neq̄ȝ parētes peccādo meruisse. sed vt in manifesto ⁊ irreparabili nature defectu ars ⁊ v̓tus diuina lucesceret. sicut cū ꝑcutitur aīal quodpiam vt medici v̓tus ⁊ medicine agnoscat̄ affectus. sanctissimum igit̄ Job imitatus. cū ruit in te doloris acerbitas. ꝯuersis in coelū ocul̄ dicas. Manus tue domine fecerūt me ⁊ plasmauerūt me totū in circuitu. ⁊ sic repēte p̄cipitas me. memēto queso q̄ sicut lutum feceris me: nōne sicut lac mulsisti me. ⁊ sicut caseum me coagulasti. Pelle ⁊ carnibus vestisti me. ossibus ⁊ neruis ꝯpegisti me. vitam ⁊ miām tribuisti mihi ⁊ visitatio tua custodiuit spūm meum Hec ⁊ his silia q̄ȝ plurima q̄ in eo reperies. in doloribus repēs leuamen accipies. ⁊ quasi Job sociū habeas in poenis minus morbo tanq̄ȝ in plures diuiso grauaberis Et memēto sp̄ mortalis vite qm̄ breuis est. bona ⁊ mala cito p̄terire. ⁊ ideo cū Job cantato. homo natus de muliere breui viuēs tp̄e replet̄ multis miserijs q̄ quasi flos egredit̄. ⁊ ꝯteritur. ⁊ fugit velut vmbra. ⁊ nunq̄ȝ in eodē statu ꝑmanet. ⁊ iterum illud. dies mei transierūt. cogitatiōes mee dissipate sunt. noctē verterūt in diem. quia me insomnē fecerūt. ⁊ rursum post tenebras. spero lucem. ⁊ item illud: nunq̄ȝ non paucitas dierum meoruȝ finietur breui. Dimitte ergo me, vt plangā paulum dolorem meum: āte

ꝗꝫ vadam ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosam. ⁊ optam mortis caligine. ⁊ sil'r illud. spūs meꝰ attenuabit. dies mei breuiabunt. ⁊ solū mihi supest sepulchꝝ hęc assidue in langore cantāda sunt. tum ꝟo pacatis doloribus vbi quietū dat intersticiū. hęc iteꝝ scrutāda. adhibitis ꝯmētarijs ⁊ pacis tpe ea parāda q̄ possint bello ingruēte ꝓdesse

Sexta causa flagellorum Ca. xvi.

Quosdam aliquādo deus exasperat vt in ꝯsummatam eoꝝ nequiciam poenis ęternis seuire incipiat. ex his fuit ille impiꝰ Herodes secūdus. qui postq̄ꝫ vt placeret iudęis Jacobum interfecit. cum pateret deum se vocari: mox ira dei ꝯprehēsus est. ⁊ in vltionem tāte impietatis ꝟmibus coepit toto corpore repente scatere: ventris doloribus ꝯcuti. dysenteria torqueri. ⁊ viuus adhuc poculo amaritudīs libabat primitias ꝑditiōis. Pilatus quoqꝫ in christum ꝑuerso vsus iudicio eo tandem deuenit miseriarum. vt sibi ipsi manum intulerit Judę iscariotis exitum detestabilem facinorosę ꝯsentaneum vitę nemo est qui ignoret. Julianus apostata homo neqꝫ ac pessimus impator. q̄ christū iesuꝫ in derisionem galilęum. ⁊ fabri filiū appellabat. persico bello sagitta trāsfixus dum expiraret clamare coactus est. vicisti Galilęe vicisti. hos igit nō vt sanaret verum vt puniret deus nō medici ꝓplius beneficio. ſꝫ iusti iudicis ꝑcussit officio His ergo atqꝫ alijs iustissimis de causis deus nos tētat. ad peccandū aūt neminē tētat. qꝛ vt Jacobus inq̄t deꝰ intētator maloꝝ est. ſꝫ cum q̄s ad peccandū inducit nunq̄ꝫ tētari se a deo causetur nam sic vnusquisqꝫ aut a ꝯcupiscētia sua. aut ab humani ḡnis hoste tētatur quāto ꝟo tempamēto ꝯdita sit. ⁊ q̄ꝫ minime noxia. imo q̄ꝫ vtilis ⁊ lucrosa dei tētatio mōstrat cum ad diabolū de Job d̄r. veꝝtamē aīam illiꝰ serua Tu igit fuerit o Carole Antoni cūr a deo tēteris aduertē tibi nā qꝫ soli inter hoīes ⁊ vitę tuę ⁊ cordis arcana sunt cognita Deus tñ q̄ꝫ rebus oībꝰ est intimꝰ. q̄ fixit oculū. q̄ plātauit aurē. q̄ totꝰ est sensus nūq̄ꝫ opatiōe deficiēs nō solū quid egeris videt. ſꝫ etiā quid acturꝰ sis ⁊ quorsum tuꝰ vergat appetitꝰ. ⁊ sicut sapiēs architectꝰ. q̄ a se ꝯstructe domꝰ agnoscēs vicium alijs etiā dnō domꝰ absconditū fulcra supponit anteq̄ꝫ ruat. ⁊ qd̄ architectꝰ in ope corporeo. hoc deꝰ in animi fecit edificio Nā vt id possit oipotētia dedit ⁊ vt velit charitas fecit si peccatis implicatꝰ hoc meruisti. gaude qꝛ solueris a diabolo. si nō mereris . magis gaude qꝛ hoc quod sustines apponit lucro. sed ea multo mitiora sunt tormenta: q̄ non sunt solida et continua: sed dato ad quietem spacio reuertuntur. propterea dixit Job vsqꝫ quo non parcis mihi nec dimittis me vt glutiam saliuam meam.

¶ Quod virtus que bonum virum facit incrementũ accipit ab aduersis. Ca. xvij.

V

Accidunt etiam vulnera, seu sponte illata: seu casu oblata. accidit corpoꝝ. seu natura. seu aliter inducta debilitas deformitas. monstrositas. animi q̄z rusticitas. ignorātia. stoliditas. infamia etiā quas p licētiam obloquēte vulgo vitare nō possum⁹. Accedūt varię hominum quibuscum viuim⁹ naturę praua ingenia. falsa iudicia. Zelus inuidia. suboriūtur suspiciōes: principū indignatōes. clientū ingratitudines. Amicoꝝ calamitates. annonę charitatis. Sępe etiam surgūt bella externa ciuilia: domestica. filioꝝ rebelliōes ⁊ coꝝ quos fideles arbitamur insidię imposturę. delatōes. pditōes fraudes. simultates. odia. temeritates. sinistri euētus. casus inspirati. improuisę clades. Pestilētię. timores anxietates. mors semp impēdens ⁊ in omni nostra actōe ac negocio fortuna pdominās. ⁊ deniq; nemo est q̄ nō habeat de pterito q̄d doleat. de futuro q̄d timeat. Quis ista ɔsiderās nō cupiat cum Paulo dissolui. ⁊ esse cum christo. Propterea dicebat. Miser ego homo quis me sepabit de corpore mortis huius. Sūt alij q̄dam seu morbi. seu pdigia: q̄ me vitā hāc formidari compellunt. repti sunt q̄bus cum dormirēt: in stomachum serpētes introierint. Quin ⁊ in nostris aluis serpētes enascūtur. q̄d q̄ fabulosum putat legat pherecydem phūm. ⁊ poetam clarissimum Pythagorę pceptorē copia serpētum e vētre erumpēre quondā emortuum. Taceo ruinas tectoꝝ. vidisti eīm quot hoīes añ duos ānos hic Bononię vna turris oppsserit. Taceo incēdia. fluminū inundatōes. fulminū ictus. Terremotuū voragies. Terre hiat⁹. Chasmata ⁊ fissuras. q̄b⁹ nōnunq̄z integrę ciuitates absorbent. Taceo bestiaꝝ impet⁹. Imbecillitatē nr̄am sileo quę tāta est vt vnius dentis etiam mimi morsu moriamur. Mulier pręgnās vna oscitatōe sternutatione ve vno lucerne extinctu solet abortire. Anacreon (vt Plini⁹ autor est) Acino Vuę passę. Fabi⁹ senator i haustu lactis vno pilo strāgulat⁹ est. Nos inter tot insidias iter tutū. inter tot miserias foelicitatē. inter tot tristicias hilaritatē. inter tot hostes pacem. inter tot mortes vitā. ⁊ q̄z longā nobis pmittim⁹. Quę nam ē ista nr̄a stoliditas. q̄ nullo sermōe minui. nullo exemplo cohiberi. nullis m[…]

nis terreri. nullis flagellis castigari. nullo argumēto vinci. nullo medi-
cine gn̄e cōpesci potest: Uere stulti ⁊ mēte capti ⁊ sine vlla spe salutis
phrenetici sumꝰ qui deum vltorem scelerum credimus. ⁊ coram eō riden
tes in omnem nequiciam turmatim irrumpimꝰ Hęc igiť hactenus di-
cta sunt vt vitę nostrę ꝯdicionem agnoscēs malorum tuorum portiun
culam q̄ ⁊ animę sanitatem deo sic distribuēte contingit patiētius feras
Caput hoc Hesiodi poete grauissimi ꝟsu ꝯcludamꝰ πλειη μεν γαρ
γαια κακων πλειη δε θαλασσα. qd̾ si verti potest. plena ma-
lis tellus. plenę sunt ęquoris vnde.

¶ Quod homo naturaliter ęrumnosus sit testimo- nium ex Plinio Capitulum. xxxij

Ed ad cōterendam magis appetitus nostri petulātiam. subijcio
hic principium septimi libri naturalis historię Plinij. in quo no-
stroꝝ corporum miserias omnis breui orōne complexus est. ait q̄
sic de natura. Ante omnia vnum animantium cunctoꝝ alienis velat o-
pibus. cęteris varia tegumēta tribuit. testas. cortices. coria. spinas. vil-
los. plumam. pēnas. squamas. vellera. trūcos etiam arboresq̧ cortice in
terdum gēio frigoribꝰ ⁊ calore tutata est. homiem tm̄ nudum ⁊ in nuda
humo Natali die abijcit ad vagitꝰ statim ⁊ ploratuz. nullumq̧ tot ani
malium aliud ad lachrymas. ⁊ has protinꝰ vitę principio. at Hercule
risus pręcox illi ⁊ celerrimꝰ āte quadragesimū diē nulli datur. ab hoc lu
cis rudimēto: qd̾ ne feras quidē inter nos gēitas. vincula excipiūt ⁊ om
nium membroꝝ nexus Atq̧ infęliciter natum iacet manibꝰ pedibusq̧
deuinctus flens animal cęteris imꝑaturꝝ. ⁊ a supplicijs vitam auspicať
Unam tm̄ ob culpam q̄ natū est. Heu demētia. ab his initijs existimā-
tium ad suꝑbiam se genitos; Prima roboris spes primumq̧ tp̄is munꝰ
quadrupedi silēm facit qn̄ hoi incessus. qn̄ vox: qn̄ firmū cibis os: q̄diu
palpitās vertex. summę inter cūcta aīalia imbecillitatis indiciū. iā morbi
tot atq̧ medicinę tot ꝯtra mala excogitatę. ⁊ hę q̄ subinde nouitatibꝰ
victę Cętera sentire naturā suā. alia ꝑnicitatē vsurpare. alia p̄petes vo-
latꝰ. alia vires. alia nare hoiem scire nihil sine doctrina. nō fari. nō ingre
di. nō vesci. breuiterq̧ nō aliud naturę spōte q̄ flere Itaq̧ multi extite-
re. qui nō nasci optimū censerēt. aut q̄ ocyssime aboleri. Uni aīantiū lu
ctus ē datus. vni luxuria. ⁊ q̄dē innumerabilibꝰ modis. ac ꝑ singula mē
bra Uni ambitio. vni auaricia. vni immēsa viuēdi cupido. vni suꝑstitio
vni sepulturę cura. atq̧ etiā post se de futuro. nulli vita fragilior. nulli re
rū oim libido maior. nulli pauor ꝯfusior. nulli rabies acrior. Deniq̧ cę-
tera aīalia in suo gn̄e ꝓbe degūt. cōgregari videmus ⁊ stare ꝯtra dissimi

lia. Leonū feritas inter se nō dimicat. serpentiū morsus nō petit serpentes nec maris quidē belue ac pisces nisi in diuersa gn̄a seuiūt. At Hercule hoi plura ex hoie sunt mala. sic Plinius

Q̄ȯ nō ē reprehensibilis autor ex multa autorꝫ ⁊ maxie gētiliū citatōe. ⁊ cur hō nud⁹ nascat̄ Ca. xxxiij

Ed nec putes me ꝙ ꝯfugiā ad gentilis hoīs autoritatē iō redarguendū. ait em̄ noster Augustinus. Philosophi si q̄ forte nr̄e consentanea dixerunt. nō solum formidanda non sunt verꝫ etiā ab eis tanq̄ ab iniustis possessorib⁹ in vsum nr̄m ꝯuertēda. sꝫ neq̄ vicio det̄ ꝙ in hūc libellū nr̄m aliena ꝯgesserim⁹. nam appetitus ꝯtumaciam restinguē nostꝫ ē institutū. id seu nostris seu remedijs fiat alienis. q̄d ad egrotum: De Chrysippo cui⁹ tm̄ fuit i dialectica nomē aiūt ꝙ testimoniorū nube vteret̄. ⁊ quibusdā suis opusculis totā Euripidis Medeā inseruit ⁊ Apollodorus Atheniēsis de eo dixit. si q̄s tollat de Chrysippi libris q̄ aliena sunt. charta ei vacua relinq̄t̄ Plinianę sniē caustica vis inē. quā q̄ pt luxuriantē appetitū reprīmē. tanq̄ pharmacū opportunū ⁊ fomētū salutare porrigim⁹. ad id tm̄ q̄d d̄r hoiem nasci nudū Aristoteles de gn̄atiōe aialiū libro scd̄o r̄ndit dicēs Hō nudo maxie oim ⁊ itecto corpe nascit̄. q̄m minimum in eo est terreni incrementi q̄ causa facit vt vngues q̄z minimos pro portione sortiatur.

Cur deus floccipendat corpus rationes naturales Capitulum. xxxiiij.

Ecitatis tot morborꝫ ac incōmodorꝫ gn̄ib⁹ q̄b⁹ humanū corp⁹ afficit̄. remanē potuit i corde tuo q̄dā noxię cogitatōis aculeus castigatę ꝯsciē pmolest⁹. videri em̄ pt deū nr̄i vel nullā. vel certe puā rōnem habuisse. q̄s tot calamitatib⁹ ⁊ erūnis exposuit ⁊ sic nomē pr̄is q̄ illū in pmis honora⁹ amittet si paternā curā ⁊ pietatē vl̄ amisisse vl̄ nō hr̄e pbabit̄ vt igit̄ excludat̄ h⁹ cogitatōis iportūitas vicina pcipitio pter rōnes an̄dictas ad ꝯsiderādū rerꝫ naturā ꝯuertamur. q̄ manifeste ꝯstet deo corporꝫ nr̄oꝫ maiorē curā esse nō debuisse. q̄d si alti⁹ repetem⁹ audire nō pigeat. nā nō erit rei natural̄ i iucūda narratio Phi oēs in corp⁹ ⁊ spm̄ substantiā ptiunt̄ Corp⁹ vocāt q̄d videri. q̄d tāgi. q̄d audiri. ⁊ alijs sensib⁹ pcipi pt, spm̄ vo q̄d q̄si iane sub sensū nō veit sūt tm̄ ⁊ corpa q̄dā naturę adeo tenuis ⁊ exilis vt videant̄ ⁊ appellēt̄ spūs. vt vapores terrestres ex q̄b⁹ si ībibito calore solis eleuāt̄ fiūt vēti toitrua cometę. stellę cadētes si vo itra terrę viscera obturatis spiramētis occludant̄. terremot⁹ exurgūt. fontes calefiūt. ⁊ q̄ ex aqua resoluūtur. ex q̄b⁹ nubes pluuię grādies

et id genus alia pereant. Item q̃ magię naturali dant operā. solēt spūs vocare ptes subtiliores ex corpib⁹ mixtis puta ex vino ꝛ huiōi alijs ꝟtu te ignis ꝛ caloris emunctas. quin ꝛ in corpib⁹ humāis puriores sangui nis ptes. qui p arterias ad vegetāda mēbra plabunt. spūs vocant a me dicis ꝛ eos trifariam diuiserūt. in naturales q̃ in epate. i vitales q̃ in cor de. ꝛ in aīales q̃ in cerebro generant. his omib⁹ q̄q̄z sint corpa. tamē spi ritus nomē est inditū. ꝙ singulari puilegio subtilitatis ꝛ actiuitatis ex cellāt. spūs tamē. si more stoicoꝝ vim vocabuloꝝ īspicim⁹. halitum ꝟcat et ad vētum extendit. iuxta illud psalmi. ignis grādo nix glacies spūs p cellarum. sumit ꝛ p anima. iuxta illud Spūs ꝛ animę iustoꝝ. ꝛ itē ani ma p halitu Plini⁹ em̄ in libro naturalis historię d'r. aię hoc est halit⁹ Leonis. inesse virus graue ꝛ vrsi pestilēs s; iam a corporeis ad icorpea trāscam⁹ aīam vegetabiliū quę nutriēdi. crescēdi ꝛ generādi principiū est Item anima brutoꝝ q̃ pdcis sentiēdi ꝛ mouēdi vim supaddit: nec nō et anima rōnalis. in qua pdicta duo aię genera sicut trigonū ꝛ tetrago nūn in pētagono ɔtinent. spūs sunt. ꝛ psertim anima rōnalis Sunt et in aere spūs qdam. iuxta Pauli apl'i traditōem nō est inq̄t nobis colluc tatio aduersus carnem ꝛ sanguine. sed aduersus pncipes ꝛ ptātes tene braꝝ harum. tenebras autem vocat caliginosum hūc aerem. qui circūfu sus. ɔtiguus mari p vicinitatē ꝛ ɔfusionem in aquarū naturam degene rat vel magis p tenebras mediam aeris Regionē intelligit vbi regnū est ventoꝝ. vbi nubes ꝛ grandines. ꝛ multa terraꝝ incōmoda generāt il lam em̄ lumīe carere ꝛ sp tenebrosam esse physica rōne pbatum est. nam si vt aiūt. ꝛ experimētum indicat. reflectio radioꝝ a solidi corporis pla na supficie repcussoꝝ caloris ꝛ lumīs est causa. nullū erit in ea pte lumē quę tm̄ a terrę ꝛ maris verberatu seiuncta est. sed iam pposito accōmode tur oratio In omni fere corpe vel vere spūs est. vel quoddā aliud qd' pro pter nature vicinitatē spūs d'r. ꝛ id q̄dem est in omni re melius. vbicq̧ p̄ stātius Quicq̄d em̄ est in re p̄ter spūm. spūs ɔpatione fex est. purgamē tum est Interroga empericos. cum aqua ardens p ignem educta est. q̄d ex vino restet nisi insulsus liquor. ꝛ quasi quoddā corp⁹ emortuū Quid plurib⁹ opus est. Quicq̄d p corpoream naturam fieri d'r. op⁹ est spūs la tētis intrinsecus ab eo tanq̄ a fonte omnis opatio deriuat. a corpe ꝟo vt ab instrumēto. ppterea recte ab Aristotele dictū est aīam opationum vita lium esse pncipiū. quid mirum igit si naturę opifex deus q̃ corpa spiriti bus animauit. q̃ figmētum nostꝝ cognoscit. q̃ scit corpus nrūm esse pul uerem. qui omnē nrām vim aię insculpsit. corpus paruipēdat: admiran tur pueri pomi amenitatē. q̃ est in cortice tu ꝟo pirecto cortice qd' sub eo seruas: in frumēti spicis ɔtemplamur sagacitatē nature mirabilē. gra

norum ordinem & dispõnem. foliculorum amictũ aristarum vallum. & eximiã in toto illo ope venustatẽ Attamẽ post modum omni extrinseca pulchritudine ɔtempta spicas ɔterimus. & paleas ad ventũ iactãtes ad solũ granum curã extẽdimus qd̃ si deus facit in hoie qd̃ tu sapiẽter facis in messe miraris & damnas: Mirari potius debes hoim̃ ignorãtiam temeritatẽ audaciam. q̄ se nõ agnoscãt. q̄ deum incusent qd̃ iudicium eius nõ formident Deus spũs est Uis causarum Celestiũ atq₃ terrestriũ in spiritibus est omnis corporea substãtia ab incorporea gubernatur. & regitur floccipendẽda ergo & ɔtemptui habẽda sunt corporea hec membra animus p̄o oi cura excolẽdus. supradcis oibus astipulatur Paulus immo spũs scũs in paulo loquẽs cũ inquit Habem9 thesaurum istum in vasis fictilib9 Thesaurum vocat animã. vasa fictilia sunt membra Quorum incõmoda animab9 materia virtutum. appetit9 frenum. & spũalis pfectus occasio Oẽs qui ad veram sapiam vel puenerũt vel puenire voluerũt corpus nõ ɔtempserũt solum: verũ de industria maceraruntp̄tereo scõs de quibus id manifestũ Uenio ad gẽtiles. Pythagorici a carnib9 abstinere Diogenes cum baculo & pera mẽdicãs. & discipulos mẽdicare docebat in cui9 ɔtemptum vt existimo dictũ est. a christo nolite portare baculũ neq₃ peram vt ostenderet lõge etiam minorem q̄₃ Diogenes p̄dicasset corpis curam a nobis habẽdam. ipse Epicurus quez alie philosophorum schole quasi impudicũ & de summo bono male sentiẽtem explodũt. cũ cenare lautius volebat & genio (vt aiũt) indulgẽ pane & caseo victitabat Sacerdotes egyptij in tẽplis se claudentes Panesale & hysopo vescebantur Gymnosophiste apud indos vt testis est Philostrat9 in vita Apollonij Tyanei se media extenuabãt. somnum & eũ per q̄₃ breuissimũ in nuda humo capiebãt Caloris & laborum ita patiẽtes vt saxei viderentur de his Plini9 in septimo naturalis historie libro de indis loquẽs ita d̃t philosophos eorum quos gymnosophistas vocãt ɔstat ab exortu ad occasum pstare ɔtuentes sole₃ inmobilib9 oculis feruẽtib9 harenis toto die alternis pedib9 insistere Socrates quarundã muliercularum quas domi habebat. ɔtumelias & opprobria & omne genus iniuriarum sic ferebat: vt ab eis se meliorem fieri p̄dicaret de e odẽ Socrate legim9. nisi mea me fallit memoria apud. A. Gellium. q̄ anime corpus ita subegerat patiẽtie diciplina sic formarat. vt a vespera vsq₃ ad vespera₃ perdius & pernox fixis in eundem locum semp oculis. & in eisdem vestigijs persistebat: quasi facto a corpore mentis excessu seneca de corpore loquens asperius inquit tractandum est ne animo male pareat

¶ Qd̃ tota natura non ɔ̃sistit in aia Ca. xxxv

Ropter ea que de corpis vilitate disseruim⁹: vt putauerūt q̄dam totam humanę naturę pfectōem in aīa esse. corpus vero quasi thecam hominis ⁊ appendicem animi nihil ad integritatem naturę ptinere. cui sententię obuiāt nō Peripatetici solū. sed ⁊ Catholici: q̄ aīas ad corpa tanq̄ ad speciei ptem inclinari. ⁊ destructo corpe hoīem interire ac esse desinē dogmatizāt Christū insup in triduo mortis ppter corporis ⁊ aię sepatōem hoīem nō fuisse. est Theologoꝝ cōmunis opinio. ⁊ in eo allucinatum esse volūt Petꝝ Lombardū. qui mgr̄ sniaꝝ appellatur. carnis etiam resurrectōem pdicāt. vt in natura integrata recipiat vnusquisq̄ stipem eoꝝ quę gessit in vita.

¶ Que sint mortis causę contra philosophos et mathematicos. Ca. xxxvi.

n Ec de mortis necessitate ꝯqueri debet sapiens. tria em̄ sunt vitę genera q̄ experiri vnumquēq̄ oportet primū in mortali corpore secūdum extra corpus. tercium rursus in corpe: cum corruptibile induerit incorruptōem. ⁊ mortale exuerit mortalitatē hic est animaꝝ circulus pfectus. cū corpe dimisse rursus in antiqua sua membra completa periodo remearint. est alia (vt aiūt) moriendi necessitas. q̄z videlz ex ꝯtrarijs ꝯstam⁹ elemētis. q̄ assidue agēdo ac patiēdo inuicē corrodūtur. Ueꝝ hęc ratio iudicio meo breuitatem q̄dem vitę. mortalitatez vo nō ostēdit. Cōstat em̄ diu stare nō posse. qd̄ assidue defluit. At si nō ex cōtrarijs elemētis sed ex vno tm̄ plasmaref corp⁹. elemētoꝝ ꝯtrarietas ablata esset. nō tn̄ mortalitas. Corruptibile em̄ est corpus siue ex vno elemēto ꝯstet siue ex plurib⁹. ipsa nāq̄ elemēta suapte natura morti ⁊ corruptioni subiecta sunt. Nō em̄ puto aerem si sol⁹ esset in mūdo. ⁊ ab aliorū elemētoꝝ ꝯtrarietate liber. fore incorruptibilē. Aliam mortis necessitatem a numero animaꝝ ppe infinito. Platonici trahūt. Aiūt em̄ materiam tot corporib⁹ simul gignēdis nō sufficere. quot aīme sunt fuerūt ⁊ futurę sunt. ⁊ ppterea vt alię succedāt. oportere priores abscedere. ⁊ corporum suoꝝ materiam nouis animab⁹ quasi domum nouis habitatoribus tradere. vt spirituū naturalium numer⁹ impleaf. velle igif sp viuere (si vo hęc sunt) nihil a'iud est q̄z materiam alijs animab⁹ debitā plus ęquo velle occupare. ⁊ futuris impedimēto esse ne nascātur. Quod q̄z improbū sit iudicem⁹ nos. qui nōdum nati essem⁹: nisi maiores nr̄i iam decessissent. Tu ergo quicūq̄ es q̄ male viuendo membra tenes in seruitute peccati. Memēto corpis tui materiā expectari ab aīa fortasse meliori Cui q͛ diu viuas inferf iniuria. si eius Creationi tuę obscoenę vitę obstat longitudo. Cōstituit ergo scd̄m hos deus breues dies hoīminis. vt certi

temporis curriculo omnium summa pderat animarum. Ex pdictis infer ri potest qd pcessum est a philosophis oibus materie rez corruptibiliu no corrupi. iuxta illud Nasonis Pythagoricoz opinione recitatis
Non perit ex toto quicq mihi credite mudo
Sed variat: faciemq nouat. nasciq vocatur
Appetit autem materia semp nouis exornari formis. forma materie do minari Et vbi vna forma destituta est materia ad eade nunq nisi in die iudicij. ad simile fo no statim reuertit. pt tame et statim hoc e breui te pore reuocari: vt si corpus humanu maducet ab homie. sicut apud An thropophagos mos est. trasseunte eni Cibi pte in seme humanu pt ex illa materie portiucula fieri embryo. et ad ronalis anime redire cosortium. Qd si curiositas humana quesierit quo pacto fieri possit. vt eadem ma terie ps q in plurib humanis corporib fuerit. in iudicio surgat cu oni bus nunq cum quondam igit: aiut Theologi quidam cum pmo resur: recturam. et qd eius defectu minus erit in reliqs. suppledu a deo. que ad modum eni panes multiplicauit in deserto. pt materia auge in iudicio q si toto vni materia fiat tota alterius. oportet noua alteri materia da ri. nec vt eccia docet ppria carnis resurrectio esset. Astronomi vitam coe lo metiant. negat Epigenes centu vigitiduos vite annos excedi posse Berosus cento septedecim. Reges Petosyris et Necepsos aiut posse in italia ptingere vite annos centu vigitisex. Obseruados anos climacteri cos monet mathematici hoc est scansiles et gradarios. et hi sunt q ex sep te et noue numeris in vnum cofluentibus surgut. hi namq duo numeri vt aiut decretorij ac malefici. et ad vita succidenda polletes sunt. et pptea sexagesimutercium annu senu et pestilete dicut. q nouies septe et septies no uem eu numez reddut. hec astronomica supstitio. vt Traquill testis e ipm qz pturbauit Augustu Sz vt Plini inqt in septimo libro natura lis historie capite. xlix. Artis ipsi Astronomie incostantia declarat qz icerta res sit Recurram nos ad Paulu aplm q no coeli sz dei arcanoz est pscius et discam ab eo statutu ee oib hoib semel mori Job etia au diam dicente statuisti tmios ei q pteriri no poterut. his ptenti causis inqrendis fine iponam: na ista curiositas e pcipitio vicina temeritas.

De causa breuis vite et mortis. et de annis anti quorum patrum. Ca. xxxvij.

Hec de breuitate vite dolendu nobis e more Theophrasti. q natu ram visus est accusare. q Cornibus Ceruis ac Elephatis lon gissimam vitam dederit. homini vero cuius intererat. et cui ma xime debebatur. in statuendo vite spacio vsq ad suspicionem inuidie

parca fuerit. Immo si Mosi Credim⁹ naturę opifex de⁹ in distributione vitę tam liberalis fuit. vt hoi ptãtem fecerit nunq̃ moriẽdi sʒ qui pfecte credũt diuinis eloquijs. ꝛ cum iusticia ꝛ pietate vitam degunt pntis exilij breuitate ↄtempta. magis deo grãs agũt ꝙ hoi coelũ aperuerit q̃ naturam accusent ꝙ auara vitę fuerit Sed finge nullã homi coelestiũ bonoꝝ spem relictã quid de breuitate vitę dicẽdum sit in pncipio libri de bello iugurthę luculẽto sermõe Crispus explanat falso inq̃t q̃rit de natura sua genus humanũ. ꝙ Aetas imbecilla atq̃ breuis qui forte poti⁹ q̃ ṽtute regat. nam ↄtra reputãdo neq̃ maius aliud. neq̃ pstabili⁹ inuenies magisq̃ naturę industriam hoim q̃ vim aut temp⁹ deesse: sʒ dux atq̃ impator vitę moralũ animus est: sic ille. Qď vero añ diluuij generalis egressum fuerit vitę humanę tãta plixitas neq̃ mirari neq̃ illi seculo inuidere. neq̃ eam sibi optare quisquã debet Erãt illis quidem hoibus. vt Astronomi aiũt. ꝛ experimẽto ↄstat Coeli ppiciores volũt nãq̃ Astronomi duos esse Zodiacos vnum in nona sphera alteꝝ in octaua. qď firmamẽtum vocãt. ꝛ inicio rerum ac tpm sic a deo dispositos vt aries arieti. taur⁹ tauro. geminis gemi iungerent. ꝛ amboꝝ Coeuntibus in vnũ viribus fortior in terris fiebat īfluxus. vnde ꝛ herbas tũc salubriores. et fruct⁹ terre meliores ꝛ lõgiores animantiũ vitas fuisse nõ dubiũ. postq̃ soluta p motum societate ab inuicem discesserũt. totius inferior mũdus ęgrotauit. supaddũt Theologi primũ parẽtem filios ꝛ nepotes talibus disciplinis imbuisse: vt quid vtile quid noxiũ vitę esset. p se vnusquisq̃ cognoscẽt: Addũt ꝛ terrę vliginẽ tũc syncerã frugibus suppeditasse alimẽtum melius ꝛ vberius. q̃ post diluuiũ salsedine maris imbibita debilior fuit. Et deum idcirco vetuisse ne Adam de ligno qď vitę dicebat q̃ vitę pducẽdę vim habebat. iteꝝ degustaret ne plõgaret simul cum vita miserias: debuisse autẽ potius illos q̃ nos tam diu in vita esse sic pbant ꝙ videlʒ nulla pdecessoꝝ inuẽta. nullas artes nullas sciẽtias tũc habentes oportebat lõgis expimentis ea pdiscere. q̃ nos ex alioꝝ scriptis. ꝛ ex maioꝝ nostroꝝ lucubratiõib⁹ facile ꝛ ↄpendiose docemur. Reducta est tandem cõmunis vitę hũane summa teste. Dauid in psalmis ad annos septuaginta. ꝛ in eodem adhuc statu pseuerat

De annis hominum ante diluuium. cõtra Pliniũ. Capitulum. xxxviij.

Ex his patet illos pmi seculi ãnos fuisse nostris pares vel Paulo minores. tãto scʒ quanto lunaris solari est breuior. Dauid em̃ de annis loquẽs a suę gẽtis more q̃ descẽdit a Moyse nõ recessit Plinius in septimo naturalis historię libro capite. xlviij. sic de annis in

quit. annum alij estate vnum terminabāt. alterꝫ hyeme. Alij quadripti-tis tpib⁹. vt arcades. quorꝫ anni trimestres fuere Quidam lunę senio vt egyptij Itaqꝫ apud eos aliq̄ singula annorꝫ millia vixisse ꝓdunt. sic Plinius Quib⁹ v̄bis ostēdit se putare ānos qui p̄mis patrib⁹ tribuunt fuisse menses Verū hęc existimatio p se satis explodit. lōge em̄ plus nos viuerem⁹. q̄ȝ illa mūdi adhuc recētis antiq̄tas. nā centū ānis. mille ducēti mēses includūtur: qui numer⁹ annorꝫ nulli illorꝫ ascribit. sed qd̄ euidenti⁹ argumentū esse pt aduersus eos q̄ annos hebreorꝫ menses dicunt q̄ȝ ipse Moyses q̄ dixit: vixit autem Malalehel sexagitaquiqꝫ annis. ⁊ genuit Iared. certe si ānos ꝓ mensib⁹ accipit Malalehel quiqꝫ ānos ⁊ totidem menses natus genuisset. qd̄ vt Persius inq̄t Nō sani esse hōis nō sanus iuret Orestes. Sꝫ de his trāseunter hęc dicta sunt

¶ Quod vita humana nō sit breuiata Ca. xxxix

Essat insup illorꝫ opinio qui dicūt vitam humanam esse breuiatā Nam si tpe Dauid idem. quod modo est spacium vitę fuit quō dicemus in dies vitam breuiari: Et quidem inter Dauid ⁊ nrām hanc ętatem annorꝫ duo millia quigenta. ⁊ eo ampli⁹ intercesserūt. quo tēporꝫ cursu longissimo manifesta vitę breuiatio facta esset Qd̄ si dicas vsqꝫ ad centesimū annum ⁊ ampli⁹ illis tpib⁹ quosdā subiuxisse: rn̄debo ⁊ posteriorib⁹ seculis idem ꝯtigisse. ⁊ nūc q̄ȝ ꝯtingere Arganthonius rex Tartesiorꝫ centū quiquaginta Cinyras rex Cypriorꝫ decem ampli⁹ Epimenides centū quiquagitaseptē. Gorgias sicul⁹ centūocto. vel vt Pausanias inq̄t centūquiqꝫ. M. Valeri⁹ Coruin⁹ centū Terētia Cicerōis centū ⁊ septē vixit annos Sub Tito ⁊ Vespasiano. sicut Plini⁹ memit in septimo libro natural' historię. censu p italiā agitato viri centū ⁊ viginti ānos nati Parmę tres repti sunt Brixelli centū ⁊ vigintiquiqꝫ vnus Item Parmę centū ⁊ trigita annorꝫ repti duo. in veleiacio oppido placentino ducētorꝫ ⁊ decem annorꝫ sex. Ioēnes quidam Caroli magni Romanorꝫ impatoris armiger vitę lōgitudine par Nestori tercentū ānos vixisse phibet Ex q̄b⁹ verisimile satis est qd̄ Petr⁹ Aponēsis rōem sideralem seq̄ns in ꝯciliatore dicit vitam humanam modo breuiari. mō ꝓduci ꝓ vario cursu ⁊ dispōne coelorꝫ Patet etiam vanū esse quod Epigenes ⁊ Berosus. Petosyris. ⁊ Necepsos ⁊ alij Mathematici de termis vitę tradiderūt Non ergo de spacio vitę nostrę dolendū: sed omnino curandum ne frustra viuam⁹. Phocylides dicit vitam esse trochū. est autem trochus reuolutio. rota. Cursus. Cuius finis certus. sed quando. incertum. Propterea a christo dictum est. Vigilate itaqꝫ quia nescitis diem neqꝫ horam.

¶ Quod egritudo preseruat a multis flagitijs. Capitulum .xl.

Est aliud quoddam in infirmitatibus priuilegiū singulare qđ in liberis ciuitatibus licet aduertere. vbi vt plurimū factiões sunt ⁊ contentio est inter ciues de potētia ⁊ de honore ac p̄sidentia. dum em̄ quisqꝫ clientelas habet ⁊ suos tueri. ac extollere nitit̄ cū magno ꝯscie detrimēto multū laboꝝ multū periculoꝝ frequēter suscipimus. et pedetentim in angustias pellimur. a q̄bus explicari ac expedeiri postmodū vł impossibile vel certe difficile. At quī bene valet. ⁊ ab huiōi se officijs ꝯtinet. ignauus segnis stolidus putat̄. sꝫ q̄ morbo ip̄ediente detinet̄. malarū operaꝝ ꝯscie nō ponit offendiculū. ⁊ apud oēs in promptu hꝫ excusationem. viuit sibi. sanos autem sibi viuere non licet vnoquoqꝫ in sui fauorē illud Platonicū vsurpāte. Nō solū nobis nati sumus. sed ortus nostri partem patria. ꝑtem amici sibi vendicāt. Quot putas reperiri posse q̄ mallēt se morbo vel grauissimo tūc detētos fuisse. cum aliq̄n illa Bononię negocia tractauerūt. aut cum illis amicis fauerūt. vnde postmodum seditiōes exorte. tumultus excitati. manus ꝯserte sunt. ac excidia ⁊ incendia subsecuta. Cū Lucius Catiliana cuius impiū ac immanē conatū Cicero sua prudētia repressit ciuili bello superatus ⁊ accepto letali vulnere corruēs terram momordit. maluisset tum cum eam ꝯiurationem adortus est. podagra laborasse. duo fratres ex gracchoꝝ familia viri seditiosi. Caius ⁊ Tiberius cum se insidijs circūuentos ⁊ abarmatis ciuib⁹ oppssos videre. cupijssent se tūc cū de lege agraria facere ad populum ꝟba coeperūt Chiragrę dolorib⁹ infestatos Julius Cesar. qui tantā est ausus tyrannidē cum in senatu se a ꝯiuratis peti cōspexit ⁊ cōfodi preoptasset se tūc quando cum copijs rubiconem traiecit. grauissima febre correptum ęgrotasse Egritudines igit̄ ⁊ si a quibusdam ꝟtutum officijs tardāt. ab innumeris tamē q̄ facturi icursuriue fueramus delictis periculisqꝫ nos liberāt. Possem in patria tua multa reperire q̄ dictis meis astipulentur sed parco nam ea ⁊ nō fuisse. ⁊ postq̄ꝫ facta sunt ex memoria hominuꝫ recessisse desidero Nōnunq̄ꝫ igit̄ vni⁹ viri infirmitas toti⁹ familię. tocius ciuitatis. tocius etiam ꝓuincię est sanitas Ecōtra vnius sanitas est multorum ęgritudo Etiā hoc dei bonitas simul ⁊ ꝓuidētia maxime cernit̄ q̄ nostris incōmodis voluit cōmodū aliquid admiscere. vt vni⁹ amaritudinē dulcedo tēperaret alterius Jta fit vt ex his nrē vitę miserijs ⁊ erūnis si bene vti sciuerim⁹ foelicitatē possim⁹ exꝑimere

Qđ ex aduersitatib⁹ nascat̄ iucūditas sp̄ūal̄. Ca. xli

Ranseamus ad spũalia tempe Pauli apl'i. hoc est ad spũales fruc
t tus anię beneualentis palato dulcissimos. sed gradiamur ea via
quam ipse monstrauit. ne nouam adorti fortasse fallamur. sed quo
melius percipe possis. prius sniam vnã plato nicoꝝ euoluam. aiunt em̃
Platonici duplicem esse ꝟtutem. vnam purgatoriam animi. alteram ve
ro animi purgati. ꝑma cũ vicijs adhuc pugnat. altera domito iam vici-
orum exercitu ꝯpositisqꝫ regni sui reb⁹ pacifice sine vlla rebelliõe guber-
nat. ꝑma armat vt appetitũ subijciat rationi ⁊ vt pessimum hoc qđ in-
tra nos inter rõnem ⁊ appetitum gerit bellum. excludat. pessimum inqꝫ
bellũ. nam externa bella mala quidem sunt. Ciuilia peiora. domestica pes-
sima. quę ꝟo intra nos geruntur intestina tanto sunt peiora quãto animę
qꝫ corporis est peior interitus Uirtus purgatoria gradit ꝑ spineta. per lo-
ca arida inuia ⁊ inaquosa. ꝑ caua vallium. ꝑ ardua mõtium. eo scꝫ itine-
re. quod vt Prodicus inq̇t Herculi virtus ostẽdit ad gloriã Finxit em̃
Prodicus Herculi adolescẽti voluptatem ⁊ ꝟtutẽ in muliebri specie ap
paruisse. ⁊ eum certatim studuisse ad sese allicẽ. illam pollicitãdo delicias
⁊ genus oẽ libidĩs. cui⁹ tamen finis futurus esset vituperium. dedecus ⁊
ignominia. hãc vero offerẽdo primo quidem difficilia ardua aspera. mox
autem laudem. honorem ac immortalitatẽ. prima illa seuera ꝑludia, vir
tutis purgatorię sunt rudimẽta. ⁊ eius q̇ ad veram gloriam niti velit ty
rocinia ꝑma. que ꝟo sequũtur dulcia ⁊ amena. fruct⁹ sunt animi iã pur
gati. Prodico Pythagoras ꝯcorgauit grecam vocalem. y. a. Paleme-
de vel Simonide inuentã. nam de autore dubitatur Interp̄tans sinistrũ
Ramum quia in imo latior. in summo angustior. vbiqꝫ planior. ⁊ ascen
su facilior. vicijs dedit Sinistrum vero ꝟtuti quia longus ⁊ arduus de
radice primum surgit angustus. ascendendo expanditur. ⁊ instar palmę
tanto spissior quãto sublimior in latam planiciem cacumen extẽdit Pri
ma pars rami dextri est purgatoria. ⁊ summitas illa plana purgati ani-
mi virtus est typum gerens Christi. qui dixit. Uenite ad me omnes q̇
laboratis ⁊ fessi estis. ⁊ ego reficiam vos: victa difficultate pręambula
id est ꝑturbationibus sedatis. tum demum cum ratione regnat virtus.
Tunc ex virtute quasi ex vite bene repastinata. ⁊ arbusto suo alligata ꝓ
deunt hi fructus. q̇bus mens ipsa nutritur ⁊ viget. apes imitata quę eo
dem melle quod procreant viuunt. anima est tellus. arbustum appeti
tus vitis est virtus. Quę de virtute diximus ad ea quę videntur ocu-
lis maioris intelligentię gratia reducamus. Ut duplicem virtutem
diximus. sic duplex quoqꝫ. Triticum dicamus. Lassitudinis vnum.
refectionis alterum vt dialecticorum more vtamur vno vt pluribus.
in quod multipliciter fertur intellectus. primum ergo triticum est

dum aratur ⁊ serit̄ runcatur ⁊ metitur̄.vapulat ⁊ molit̄.alter̄ est dum manducatur Hoc igit̄ qđ palato iucundū est.qđ voluptatē affert ⁊ nutrimentū tātis laborib⁹ est partum.tot pruinis canduit.riguit tot niuibus.maduit tot pluuijs.aruit tot solib⁹.expauit tot grandines.⁊ tandē post tot iniurias succisum ⁊ cū multo sudore perlatum in aeram ꝟberib⁹ tundit̄.iactatur ad ventum.fert̄ ad catyllum.⁊ cribro polinario excusū globatur in massam.fermento corrumpit̄.pugnis subigit̄. Ad vltimū quasi iam quodam martyrio ꝯsumādum redigit̄ in trochiscos.⁊ in frusta diuisum torret̄ in clibano Sic ꝑfecto ꝟtus q̄ magna futura est i difficultate plantat̄ radicat in dolore.germinat in erumnis sudore rigatur Curis stercorat̄ firmatur angustijs floret in laborib⁹ frōdet in negocijs. foetat in aduersis:cū ergo ꝟtus sumpsit incremētum.⁊ gratie sole incalescēte coaluit.incipit fruct⁹ afferre mirificos Tūc oēs sicut nos amam⁹ alienis gaudem⁹ bonis eque ac ꝓprijs.int⁹ ac foris nobiscum ⁊ cū alijs pacifici sum⁹ Tūc animi nostri ꝯpotes ac reges incōmoda oia equanimiter ferim⁹ In fidei ⁊ molestie pietatis ⁊ sapie.castitatis ⁊ iusticie studijs exultam⁹ Uirtutū ergo fructus ipsar̄ ꝟtutum est vsus.cum ꝑ morem ⁊ habitū factus est operāti leuis ⁊ dulcis Uides q̄ pacto tandem ex spinis vuas colligimus:tum scꝫ cum gregē affectuū dispescētes studiose curam⁹ seminitas in nobis a natura ꝟtutes.hoc ē ergo vt rńdere ꝓposito incipiam⁹.qđ in scđa ad Corinthios epl'a Paulus dicit Sꝫ ordinē ꝟbor̄ solerter attēde In oib⁹ inq̄t exhibeam⁹ nos sicut dei mīstros.i multa patiā.in tribulatōib⁹.i nccitatib⁹.in angustijs.i plagis.in carcerib⁹ in seditiōib⁹.in laborib⁹.in vigilijs.in ieiunijs:hucusqꝫ ꝑ patie spineta gradiēdo.ꝟtus purgatoris laborauit.⁊ Aristeus vt mel inueniret.cū Proteo depugnauit.q̄ mox subinfert.sunt mel quod q̄rit̄.sunt quas vitis in terra pastinata.hoc est ꝟt⁹ in mēte purgata fruges emerito reddit agricole Sequit̄ em̄ sic eodē loco.in castitate.in scia.in lōganimitate.in suauitate.in spū scō.in charitate nō ficta.in ꝟbo ꝟitatis.in ꝟtute dei Notādū āt q' ꝑ ꝟtutes nō habit⁹ ociosos.⁊ sine opib⁹ mortuos q̄ arbori isecūde sunt siles:sꝫ iugi exercitatōe fructiferos ꝯmēdat Apl's.⁊ in euāgelio dixit christ⁹.ignē veni mittē in terrā.⁊ qđ volo nisi vt ardeat

¶ Quod debuit esse naturar̄ varietas ad ostendendam dei sapientiam . Ca.xlij.

m Emini me libro secūdo capite quarto cum de ꝯplexionib⁹ ageremus.Citasse Plotinum dicentem ad decorem vniuersi non parum facere.immo ⁊ necessariam esse rerum veritatem. placet suasioni huic ratiunculam addere patientie ꝑfectui satis accōmodatam

Sumit̄ autem hęc ratio ab ostendēda arte summi opificis.⁊ est huiōi.
si pictor vnicolorē faciat parietem.q̄zq̄z coloris sit ⁊ p̄cio carissim⁹.⁊ spe
cie amenissim⁹ vt purpurissum.putares ne tu id esse ꝯsumati op⁹ artifi
cis Nō putaret hoc Apelles nō zensis.nō Parrhasius.putaret fortasse
Cleophantus ⁊ aliq̄s eorum pictoꝝ.qui arte nōdum ꝑfecta monochro
mata pinxerūt.At qui exactissime artem adepti volūt absolutissime pin
gere.⁊ penicillo naturā ęmulari.vt Protogenes.qui in ducēdis lineis
cum Apelle certauit.nō colorem vnum tm̄ adhibēt.sed minio.armenio
Cinabari Chrysocolla.indico Sandaraca purpura.cocco Sinopide.
hyacintho Balausto.⁊ aliȷs id genus quasdā arbitratu suo figuras faci
ent.⁊ quasdam veras certam rem exprimētes quas Iconas vocāt exarā
tes.ibunt in infinitā rerum varietatem Pictor quia res ipsas creare nō
potest rerū imagines facit id est artis summū beneficium nihil expectes
ab ea p̄stantius.sed deus qui nō imaginum sed reꝝ est artifex.suaꝫ aliq̄n
volēs mōstrare peritiam.venit ad officinam.⁊ in se ꝯtemplat⁹ naturaꝝ
imagines.quas ideas.⁊ paraligmata gręci vocāt.animū extēdit ad ope
randū:Sunt autē in eius mente.nō quarūdam paucarum.immo cunc
tarum imagines rerum.⁊ faciundoꝝ operum viua exemplaria Idcirco
Platonici dicūt creationē ac ꝓductionem nihil aliud esse q̄ȝ assimilatio
nem Deus em̄ ⁊ ministri eius āgeli coeloꝝ motores ad ideas respiciētes
cuncta ꝓducūt Unde ⁊ Mosi dictū est inspice ⁊ fac scd̄m exēplar quod
tibi in mōte mōstratū est. Nec tibi nouū videat̄ quod audies Quot in
mēte diuīa sunt ideę.tot nec plures p̄nt gigni a deo naturę fingere em̄ plu
res gigni.sequet̄ eas factas quasi ab ignorāte.faber nanq̄ȝ qui clauū excu
dit cui⁹ in mēte spēm non habuit:certe quasi dormiēs ⁊ ignorās fecit at
idea est spēs ⁊ rō mentalis.rei faciūde naturam ostēdens An ꝟo res crea
tę tot numero sint quot ideę.scire quis possit nisi ipse q̇ fecit Nō decuit
igit̄ vnum effectum fluere ab artifice cui⁹ opus immēsę signum est sapię
Et ne videat̄ idem sępi⁹ repetitum fecit naturas instar numeroꝝ.immo
instar ideaꝝ hoc est inęquales:oportuit ergo quasdā esse minores .q̄ ma
ioribus collatę quādam humilitatē prę se ferrēt ⁊ sic ex plurib⁹ naturaꝝ
gradib⁹ scala ꝯsurgit.ꝑ quam intellect⁹ in eum ascēdit.supponēs em̄ ea
esse numero finita q̄ ordinem habeāt ab essentia.naturam quādam ṗmā
⁊ p̄cellentem reperit.a qua tanq̄ȝ a pelago ꝑfectiōis.fluant in alias riui
bonitatis. ⁊ hoc est quod Jacobus apl's dixit.Oie datum optimū ⁊ om
ne donum ꝑfectum desursum ē.descēdens a patre luminū.apud quē non
est trāmutatio.neq̄ȝ vicissitudis obumbratio.hoc est de quo Aristoteles
inq̇t esse animal ęternum a quo deriuat̄ esse ⁊ viuē his clarius his obscu
rius hui⁹ imago visibilis ē ipse mūd⁹ .si ei seruata substātia mūdo quāti

tatem abstuleris. remanebit q̃dam rer sine magnitudie immẽsa congeries. cui⁹ magnitudo erit bonitas inserta substãtię. Ad ostẽdendã igit sapientiã tãti artificis fcũs est mũdus. ꝛ in mundo oĩa ꝛ inter oĩa nos hoĩes loco satis digno ꝯstituti. hoc est in angulo hemispherioꝝ vbi duo paries diuersi tpalium scȝ ꝛ eternoꝝ miro artificio ꝯiungunt. de ista Creaturaꝝ multiplicitate Paulus ad corinthios scribit dicẽs nõ oĩs caro eadem caro. sȝ alia hoĩm. alia pecoꝝ. alia volucꝝ. alia pisciũ. ꝛ corpa celestia. ꝛ corpa terrestria. sȝ alia q̃dem Cęlestiũ gloria. alia terrestriũ. alia claritas solis. alia claritas lunę. alia claritas stellaꝝ stella em̃ a stella differt in claritate. ꝛ q̃ est in naturis eadem est in donis repertita diuersitas. In Abel nãqȝ claruit Justicia Pietas in Enoe. In Noe lõganimitas Religio in Melchisedech: Fides in Abrahã. i Jacob foecũditas. in Joseph pudicicia. in Sanson fortitudo. in Dauid pphetia. i Salomõe sapia. in Absalone forma. in Petro crudelitas. in Paulo ꝯstantia. in Joanne scia. ꝛ vt in p̃dicta epl'a Paulus inq̃t. diuisiões ꝯo gratiaꝝ sunt idem autem spũs ꝛ diuisiões mistrationũ sunt. idem autē dominus. ꝛ diuisiões opationũ sunt. idem autẽ deus qui opatur oĩa in oĩb⁹. ꝛ paulo infra hec autẽ oĩa opatur vnus atqȝ idẽ spũs. diuidens singulis put vult In hoc vltimo ꝯbo obstruit os nrẽ temeritati. q̃d em̃ nobis ꝯstat deũ velle psuasi id nõ posse nisi bonũ esse. debem⁹ hũilitet ꝛ reuerẽter ferre.

¶ Quod mundus est quoddam spectaculum nobis a deo exhibitum quo inuitamur ad patiẽter ferẽdum omnes aduersitates. Capitulum. xliij.

S Apiẽtia ergo diuina tot reꝝ exhibitura spectaculũ quasdam naturas condidit q̃ spectarent. vt inaĩata. q̃dã etiam aĩata rõne; carentia. Quędam vt ꝛ spectarent atqȝ spectarẽt vt homies ꝛ angelos: mundũ hunc quasi quoddã theatꝝ mirabiliũ reꝝ refertissimũ videntes: dum opa admirant opificẽ predicãt. q̃ꝝ vnus erat q̃ dicebat Coeli enarrẽt gloriã dei ꝛ opa mnauũ ei⁹ enũciat firmamentũ Itẽ Consideraui opa tua ꝛ expaui Itẽ delectasti me dñe in factura tua ꝛ in opib⁹ manuũ tuaꝝ exultabo Eat nũc ꝛ p re mirabili ostẽdat Callicratides ex ebore formicas ꝛ alia tam pua aĩalia vt ptes eoꝝ vix oculis cerni possint. afferat. Myrmecides quadrigã eburneã quã musca alis itegat recitet Cicero p miraculo Jliada Homeri scriptã in mẽbranis tam puo volumĩe vt nuce icluderet Fecerit Aristides Theban⁹ pictoꝛ tabulã q̃ȝ centũ talẽtis licitatus est Attalus emerit Timomachi duas tabulas octoginta talẽtis. Cęsar dictatoꝛ Cnidiã venerẽ tota gręcia inclytã Praxiteles fecerit Demetri-

us expugnator Rhodo pepercerit ne ꝓtogenis tabulā ꝯcremaret Jouem olympium Phidias capitolinū. ⁊ ephesiam Dianam Mētor exculpse rit. hec hoīes olim mirabant̄ ⁊ ad quinquennale grecie certamē affere-bāt celebritatē famę ⁊ imortalitatē noīs aucupātes At deus hoc totum qđ cernis qđ etiam nō cernis fabrefecit. oculos dedit vt videas mentem vt cognoscas qua laude ꝗ hōre dign⁹ ē opifex. ꝑs ꝓma tāti spectaculi sūt ista mortalia corporea terrena. si hęc bene spectaueris ⁊ opificē spectādo pia mēte colueris. oculis tuis eterna subijciet: q̄ cum tāta animi volup-tate spectabis vt ab eis diuelli nunq̄ꝫ possis. si ꝟo hāc ꝓmā ꝑtem stulte ⁊ infantiliter spectaueris. tanq̄ꝫ indign⁹ qui imortalia videas. excluderis ꝓpterea scriptū est de ꝟgib⁹ fatuis. ꝙ dum irēt oleum emere. clausa est ia nua. ⁊ clamātib⁹ Dñe dñe aperi nobis: respōsum est. Amen dico vobis nescio vos. exclusę sunt q: sic ac alia male spectauerāt. nec in se ⁊ alijs deū cognouerāt Uade ergo ⁊ gaude te in sortē misterij huius ascitum a deo. ⁊ fer ęquo animo vitę molestias. vt transire possis ad diuinarum rerum cęleste spectaculum

¶ Comparatione rerum inequalium probat meliorē esse vitam sanctam cū aduersis q̄ꝫ vitam fęlicem cum vicijs. Capitulū. xliiij.

Liud ē qđ ideo tecū volo ꝑcurrē vt ad diuinā sapiam magis inten tus ei⁹ te bonitati credas securi⁹ Empedocles autor ē licet id sibi vsurpet Aristoteles q̄ttuor eē mortaliū rerꝫ semia ꝓmitiua. q̄ nun-cupam⁹ elemēta Ignē Aerē Aquā ⁊ Terrā Hec ita ꝯtraria sunt vt etiā ꝯueniāt sic colligata sunt vt annuli quattuor iuicē se ꝯplexi Ignis qđ de fecatissimū ē clementū. ꝑ siccitatē terrę ꝯnex⁹ ē ꝑ frigiditatē terra aquę ꝑ humiditatē Aqua aeri. ꝑ caliditatē Aer igni Quattuor iste ꝓmę qua litates Caliditas. frigiditas. hūiditas. siccitas. ita ꝯiugatę sūt in elemē tis. vt qualibet earꝫ bis repetita ꝯbinatiōes q̄ttuor reddāt Qđ si q̄ras q̄ ꝯbinationū istarꝫ prę̄stātior. respōdebo: videri eam q̄ in nobilissimo ele-mēto sit posita. hoc ē siccitas ⁊ caliditas q̄ est in igne. Si ꝟo vtra istarū qualitatū sit nobilior q̄ras. nō erit absurdū caliditati dare ꝓncipatuꝫ. ꝙ eam ꝓmū elementū ⁊ si ꝯmunicat. neq̄ꝫ em̄ ꝓpriā hꝫ. nō nisi tñ aeri scđo sibi in dignitate cōicat. siccitatē vero ⁊ terra ꝑticipat. Uidet̄ em̄ iure no bilius id qđ in secundū. q̄ꝫ id qđ in quartū a ꝓmo diffundit̄. nā meliora meliorib⁹ natura ꝯiūgit Uides igit̄ vt hęc miro mō sibi cohęreant. ⁊ in ꝯꝑabili artificio colligent̄. hoc q̄dē viderūt phi. at aliā rerꝫ ꝯiugatiōem nō viderūt. quā volo (si placet) paucis explicem⁹ Quattuor in vniuerso genera sunt vitę Mūdana, infernalis. purgatorea, cęlestis. hoc ē mun-

dana ad cęlestē. quod terra ad ignem Sicut em̄ terrę siccitatē et frigidi tatem damus. sic mūdanę vitę attribuim⁹ p frigiditate immūdiciā. p siccitate lęticiam Qui em̄ scd̄m mūdi ritum vitam ducūt. hi sunt de qui bus d͛r tenēt tympanum et citharam. ducūt in bonis dies suos. et in pun cto ad inferna descēdunt. in qb⁹ rebus vir sapiēs cum immūdicia lęticiā expssit nō em̄ ad inferna descēdere dici possent. nisi essent vicijs inuoluti Cęlesti vitę damus cū sanctitate leticiam. in purgatoriam vͦo quę est vi tę cęlesti qd̄ est aer igni sanctitatem a cęlesti deriuam⁹. eamq3 tristicię co pulamus. q tristari oporteat. q̄ torquent. infernali autē quę oīno a cęle sti sicut aqua ab igni diuersa est attributa est immūdicies cōiuncta tristi cię Sunt igit tot qualitatū combinatōes in quattuor in his vitis quot et in elemētis Uerum illę corporeę. istę spūales. q̄ sunt sanctitas et lęticia sanctitas et tristicia. immūdicia tristicia. lęticia immūdicia. Sed restat dubitatiōi respōdere. Uideor em̄ infernalem vitam mūdanę pponere: cum illam aquę cōfero. et istam terrę. dicimus hoc ideo nos fecisse q sicut aqua est tellure subtilior ac imaterialior. sic et infernalis vita iam terreis defuncta corpibus quatenus defecatior. eatenus videri possit esse pstan tior. q si cōtendas meliorem oīno esse mūdanam vitam. respōdebo et ter/ram in multis aquę pferendā. Sed age hęc ptermittam⁹. sequamur ea quę plus habēt euidētię. et min⁹ audacię pl⁹ vtilitatis. et min⁹ ambitōis Mundana ergo vita cū cęlesti cōmunem habet lęticiam. At infernalis aquę cōparata cum cęlesti habet sicut cum igne aqua. nullum cōmercium est em̄ tristis et sordida. At cęlestis lęta et sancta Purgatoria vͦo aeri col lata. q3 sancta est et tristis. infernali assimilata ē in tristicia. in sanctitate cęlesti: si ergo quis q̄rat que istaꝝ cōbinationū sit potior. nōne respondebit cum sanctitate pstare lęticiam. Quid em̄ his meli⁹ excogitari pt Si vero queraꝛ quę duaꝝ qualitatum sanctitatis. sc3 et lęticię pferēda sit re spōdebim⁹ eadem rōne pponendā esse lęticię sanctitatē. qua siccitati cali ditatem paulo ante ptulim⁹. q videlicet sanctitas est in quo scd̄m pmo. pstabilius optimo cōiungaꝛ. Nam purgatoria quę pcellit mundanam cęlesti in sanctitate cōiuncta est Quorsum hęc putas alti⁹ repetita Nem pe vt ex rebus naturalibus ōnderem lōge pstantius esse cū sanctitate tri/stari more illorum q̄ degunt in purgatorio q3 inter sordes et inopiā mo/re suo exultare quoꝝ vita est in cœno volutari. Aegrotantiū vͦo vita vt est omnium sanctoꝝ cōmune iudicium: si bene (vt debēt) ęgritudines fe rāt. nō mūdana vita est sed purgatoria. si purgatōe indigēt si autem nō egent. in ęgrotāte tutela est v͛tutum. pximo ad sanctitatē hortamentū. vtriq3 meritoꝝ augmentū Uide iam vbi sis. eo em̄ ratiocinādo deduct⁹ es. vt tibi necc̄ario fatendū sit lōge melius esse pœnas ferre cū sanctitate

q̄ȝ in vitę turpitudīe lętari Sȝ paulisper ad elemētoꝝ speculatōem rede
amus. Ignis sup̲ne vbi coelo iungit̃. est defecatioꝛ. vbi aerē circuit. in ae
rem degenerat. aer vbi ignē ꝯtingit. est rarioꝛ Clarioꝛ vbi aquę ꝯmitti⸗
tur. densoꝛ. obscurioꝛ. nebulis em̄ ⁊ vapoꝛibꝰ affectꝰ imbibit alienę natu
rę ꝯtagium. Aqua vbi terrę vicina est. terrestrioꝛ est: vbi magis distat.
purgatioꝛ. limpidioꝛ. terra q̄ aquis abluit̃ mūdioꝛ. vt harena: q̄ terra est
diluta. Inferioꝛa igit̃ ea p̲te qua sup̲ioꝛa ꝯtingūt. melioꝛa sunt. Purga⸗
toꝛij ergo vita q̄ secūdo gradu est a cęlesti. ea parte qua cęlesti appropin
quat est melioꝛ appropiat āt p̲ sanctitatem. q̄ si tm̄ conari ⁊ ꝓficere pos
ses. vt haberes cum sanctitate lęticiam. more apl'oꝝ. de q̇bꝰ scriptum est.
Ibant apl'i gaudētes a ꝯspectu cōcilij: qm̄ digni habiti sunt ꝓ noīe iesu
cōtumeliam pati: iam purgatoꝛia vita trāsiret in cęlestem. essetq̄ȝ homo
nō terrenꝰ. sed cęlestis. cum Apl'o. iam nō tu viueres. sȝ viueret ī te chri
stus Laboꝛandū igit̃ quoad fieri potest: vt in hoc vitę breuis purgatoꝛio
viuē sancte iucūdeq̄ȝ valeas. q̄ si facēs. iam beatitudini vicinꝰ cęlestē in
terris vitā incipes. ⁊ sicut aer igni ꝯtiguus paꝝ ab ignis natura seiun⸗
git̃. Sic hō patiēs ⁊ gaudens videt̃ in angeloꝝ trāsisse cōsoꝛtium. huic
Paulus dicebat: nrā autē ꝯuersatio est in coelo ⁊ alios exhoꝛtat̃ clamās
Quę sursum sunt q̄rite: non q̄ sup̲ terrā: q̄ sursum sunt sapite. ⁊ in psal⸗
mo dr̄. coꝛ meū ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuū.

Quod tolerātia aduersitatū facit breuioꝛem trāsitum ad paradisum. Ca. xlv.

Udi (precoꝛ) ⁊ aliq̄d insipientię meę sustine. Si dicat tibi deus:
a vbi triginta annos in hac vita. ⁊ totidem post moꝛtem in purga⸗
toꝛio egeris. protinus in coelum admitteris Dic sodes. si coeli gau
dia recte ęstimaueris. nonne longa magis esset votis expetendū. vt pur
gatoꝛij tempus cum vitę spacio quę nō breuis esse potest. simul excurre⸗
ret. ⁊ vtrūq̄ȝ vita scȝ ⁊ purgatio vna eademq̄ȝ periodo finem acciperet. q̄
coeli mox consoꝛs fieres. quam post vitam quę nō nisi laboꝛiosa ⁊ ęrum
nosa esse potest: maioꝛibus iterum cruciatibus destinari: ⁊ a coeli deside⸗
rio tandiu fraudari. via ad bonum quāto compēdiosioꝛ. tāto optabilioꝛ
quia melioꝛ. Habes igitur pręcipua dei liberalitate. Munus hoc mag⸗
num ⁊ singulare. quod multis p̄cibus impetrādum. quod magno esset p̄
cio emmendum: q̄ videlicet si ęquo animo fers. viuis simul ⁊ purgaris
Utere igitur tāto dei beneficio. nec sinas occasiōem hanc tātam euolare
feruut em̄ foꝛtunam duas habere comites. occasionem. ⁊ poenitētiam. ⁊
cum ad quenq̄ȝ venerit; offerre primū occasiōem. eam cum oblata est. nō

arripienti reliquere pœnitētiam. quā greci dicūt μετανόιαν. Quo datur intelligi occasiōem sp esse, vel querendā vel expectādam. ⁊ qui inuentam vel repertam neglexerit. solitum pœnitere Patrādi ergo tam p̄clari ac salutaris negocij opportunitatē amplexare. ⁊ q̄ eam tibi obtulerit. Deo grās age Nā si sic egeris. ista corporis tui terra. quasi opportunos imbres accipiēs ⁊ coloni versata ligonib⁹ quo magis vexabit tanto vberiores afferet fructus. ⁊ tandē disces nō illusum te a domino Sȝ ad petram hoc est ad christum. vt sordes excuterētur. allisum. ⁊ mox vt viuere hic desieris. sine vllo more interstitio in cœlo renasceris. ⁊ simul erit ⁊ purgatorio ⁊ vitę satisfactum.

¶ Venerandi Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę Theologi. Isagoges ad patiētiam Liber Terci⁹

¶ Quattuor virtutes plurimū valere ad tolerātiam ¶ Capitulum primum.

Et qm̄ hoīem natura fragilem tot morbis expositum: tot malis obiectuȝ difficile est nō frāgi: vel nō inflecti necessariū arbitror te admonē: vt quattuor p̄cipue v̄tutib⁹ munire te studeas. quaꝝ p̄sidio vim oēm flagelloꝝ facili⁹ feras Hę sunt quas p̄mo libro pollicebamur Fides. spes. p̄seuerātia. ⁊ lōganimitas Iste nāq̄ quasi fulcra q̄dā. calūneq̄ firmissime patiētię sustinēt ędificiū. Et q̄q̄ supra dixerim⁹ cataphratum esse oportere. q̄ velit cū diabolo pugnare. tn̄ ⁊ plerisq̄ suffecit ad victoriam leuis armatura Pictac⁹ mitylenens vn⁹ ex septē sapiētib⁹ cum de agri cuiusdā possessiōe iter Atheniēses ⁊ mitylenęos armis certaret: ipse cū Phrynone Atheniēsiū duce: q̄ Pancratiastes ⁊ Olympionices fuerat. singulari certamie pugnare īstitnit. rete igit̄ Clypeo tegēs Phrinonem inuoluit. ⁊ cum interemit Dauid adhuc adolescētul⁹ stetit cōtra gigantem loricatū. ocreatū. galeatū. clypeatū. ⁊ hastile hastę ei⁹ erat quasi liciatoriū texentiū ipm āt ferrū hastę ei⁹ sexcētos siclos habebat ferri. Dauid baculo pastorali armat⁹ ⁊ funda gigātem nō expauit. ⁊ vicit Dic ergo ⁊ tu diabolo. qd̄ ⁊ Dauid dixit Allophylo Tu venis ad me cū gladio ⁊ hasta ⁊ clypeo. ego āt venio ad te in nomie dn̄i exercituū: dei agminum Israel. Prędictę igit̄ virtutes tanto tibi vsui erūt. vt cęteras si ha

des tibi custodiat Si nō habes. ad te alliciat Oēs em̄ ꝟtutes sic mutuo se amāt vt vbi paucas tute habitare ꝯspexerint. alię ꝯfluāt. ⁊ sic contin get vt breui ex feretario fias Cataphrattus. sed venio ad ꝟtutes dictur⁹ pauca de naturis earꝫ. vt earꝫ in te crescēte noticia crescat ⁊ amicicia. cres cat ⁊ ꝯtra vicia in corde tuo bellādi fiducia

De Fidei fundamento et natura Ca. ij.

Duplicem fidem dicimus actiuam ⁊ passiuaꝫ. passiua est que est in creditore Actiua q̄ in debitore Unde ⁊ deus fidelis appellat̄ Pau lus em̄ in calce p̄mę ep̄lę ad Thessalonicēses inq̄t. fidelis est deus qui vocauit vos. q̄ etiam faciet. ⁊ ideo hęc ea est q̄ꝛ ꝙ fiat dictum fides est dicta. iuxta illud Nasonis dicta fides sequit̄. ⁊ hęc nil est aliud q̄ꝫ p̄mis si redditio. passiua ꝟo p̄missi expectatio. passiua item duplex. infusa ⁊ ac q̄sita Uerꝫ hi magis possunt diuersi habēdę fidei modi. q̄ꝫ diuersi habit⁹ iudicari Fides passiua siue acquisita siue infusa est habit⁹ intellect⁹ quo credendis nō apparētibus reuelātis autoritate permoti. ꝑpter vltimuꝫ finem q̄ est beatitudo. firmiter atq̄ꝫ ꝯstanter adhęrem⁹. hęc tribus acq̄ ritur. p̄dicatōe. miraculis. ⁊ inspiratōe. quę sola defectum supplet aliorū alia ꝟo sine hac quasi membra sine sp̄ū morībūda languescūt ip̄a fides est lux vera. q̄ illuminat omnem hoīem venientem in hūc mūdum. Et hęc est lux q̄ lucit in tenebris ⁊ quam tenebrę nō comp̄henderūt Licet enim gētiles q̄ tenebrarꝫ noīe designant̄. eam conati sint eradicare. ip̄sa tamen quasi sol q̄ nescit occasum. nebulas errorum. tonitrua minarum. ꝑcellas odiorꝫ. fulmina irarum. ⁊ quicq̄d excogitauit ingeniosa crudelitas Tyrā norum lucis suę claritate discussit. Nec te moueat ꝙ gētiles qui tāta re rum sciētia claruerūt. tenebras appellem⁹ nam philosophię mūdanę cla ritas sine fidei ꝯdimento lumē est illud de quo d̄r in euāgelio Uide ergo ne lumē quod in te est. tenebrę sunt Pythagoricū Socraticū Platoni cum Aristotelicū. ⁊ cynicuꝫ dogma est lumē. quod qui adeptus est dicit hoc scio: ꝙ nihil scio. Sic em̄ solitū dicē Socratem accepimus. postq̄ꝫ ꝯsumpta in inquisitōe veritatis etate. resp̄ōso Apollinis iudicatus ē sa piens ⁊ cum venisset iam in tātam apud hoīes opinionem. vt appellare tur sapiētię humanę terrestrę oraculū. at christi ꝟbum obbreuiatū quod vnius horę spacio disci potest. nobis ostēdit q̄d philosophi frustra labo rantes toto vitę spacio q̄sierunt Et ideo personam philosophorꝫ tenuisse videntur christi discipuli cum dixerūt. preceptor per totam noctem la borantes nihil cepimus. in ꝟbo autē tuo laxabo rete. quibus verbo duo innuūtur. ⁊ fuisse philosophos in nocte versatos. ⁊ eorum laborem esse vanitatem qui sine deo querunt veritatem. Erant certe illi similis his.

(Alchimistę vulgo nuncupātur)qui auaricię cupiditate delusi volūt ex aere aurum elicere. Sicut ergo isti fallacibꝰ experimētis circūacti dum quęrunt diuitias:incurrūt inopiam Sic illi vana curiositate delusi vbi diem putāt. noctem inueniūt.ꝓpter quod dictum est a ꝓpheta Credidi propter qđ loquutus sum.ac si diceret laborantibꝰ alijs circa sciētias et naturę occulta scire conantibꝰ ego meliꝰ existimaui credere diuinę traditioni.⁊ ideo đt.credidi ⁊ quia credidit loquutus ē.⁊ quid sit loquutꝰ subinfert dicēs.omnis homo mēdax ac si diceret omnes qui suo ingenio ad verę sapiētię lumē aspirarūt.mendaces fuerūt.⁊ vt christꝰ inquit fures ⁊ latrones.quia animas ad veram sapientiam annitentes suis nuga mētes captare contendunt. ⁊ quasi abigei a domino greges.⁊ a vero pastore pecus abducunt

¶ Quod fides ꝑ aureum Virgilij ramū figuratur.et quedā de natura ꝓphetię enarrata Ca.iij.

f

Ides est ille aureus Maronis nostri Ramus q̄ ad elysium ꝑgentibus est neccessariꝰ.videbat eīm vir ille seu suopte ingenio seu diuina magis inspiratōe quam ENΘOVΣIAΣMON greci vocant. sicut ⁊ aduētum christi ante peruiderat.esse quoddam sapiētię genus sine quo futurę vitę nō valeat homini claritas apparere.⁊ eam ramū aureum recte nūcupauit.est eīm fides Ramꝰ hoc est q̄dam delibatio diuinę sapiētię.⁊ aureus q̄dem.quia ⁊ ꝑciosissima ⁊ immarcessibilꝰ vt auri substātia.⁊ recte etiā in magno nemore dixit inueniri.qꝛ iter varios ⁊ multiplices humanę sapiētię modos inter scꝫ philosophantiū sectas ⁊ traditiōes hoīm diuersas quasi arbor in amplissimo nemore fidei sapiā delitescit.Quod Virgilꝰ.đt. Ipse volēs facilisqꝫ sequet.Si te fata vocāt. aliter nō viribꝰ vllis vincere.nec duro poteris couellere ferro.Quid aliud est q̄ꝫ quod đr a christo Nemo potest venire ad me nisi pater meꝰ traxerit illum.dei namqꝫ voluntas fatum đr. Et recte đr id muneris ferri sibi velle ꝓserpinā.ꝓserpina eīm teste Varrone.est luna a ꝓserpēdo dicta nam sole semp eclipticam obseruāte luna modo ad dextraꝫ modo ad sinistram coeli ꝑtem serpit ⁊ oberrat.luna autē in scripturis sacris signat ecclesiam militātem. iuxta illud Apocalipsis Mulier amicta sole.⁊ luna sub pedibꝰ eius.quod exponēs Bernardꝰ inquit.ecclesia eīm est luna illa sub pedibꝰ eius Potest etiam ⁊ de luna qui planeta est terrę ꝓpinquissimus.id ītelligi sicut namqꝫ ecclesia militās vult ad se veniētes esse fideles sic ⁊ eccia triūphās nō nisi fideles admittit.⁊ inuenietes vult ramū proserpinę hoc est fidem lunę offerri.nam cum ipsa luna rerum immortalium ac ęternarum sit limen.fides quę enigma quasi lunę maculam ꝑ

tendit.ibi recte relinquit᷑.vbi iam incipiũt apparẽ diuina Quod ꝟo ęne
as ferẽs ramum ꝑ loca poenarum Sibylla comitãte gradiat᷑.nil mirũ
nam ⁊ filij ecclesię dicũt.trãsiuimus ꝑ ignem ⁊ aquam ⁊ eduxisti nos in
refrigerium Sibylla ast sapia diuina vel angeloꝝ custodia homi attri-
buta.qua nos ꝓtegẽte atq; gubernãte fidem inuenim⁹.inuentã seruam⁹
⁊ ꝑ huius vitę difficultates ac tenebras ambulãtes tandẽ ad Elysium.
hoc est in paradisum mutata in sciẽtiam fide ꝑtrãsimus.ideoq; dr̄ perfe
cto munere diuę deuenere locos lętos.⁊ amoena virecta.ꝙ si obijcias cre
di nõ debere deum q̄ futura erãt hoĩ pagano reuelasse Respondeo malos
ęque ac bonos hoĩes facturam esse dei.dei instrumẽta dei ministratores
⁊ deo liberum esse eis vt suis vti.cum libuerit Balaam vir culpabilis de
futuris aute lõge p̄nunciat Sibyllę quas ⁊ Lactãtius ⁊ Augustinus
ad astruendã fidẽ citãt.mulieres ex media gẽtilitate fuerũt Caiphas vir
scelestissim⁹.vt in euãgelio legimus ꝓphetauit nesciẽs q̇d dicẽt Ipa Ba
laam Asina animal natura brutum ac indocile voces humanas edere ꝑ
docet᷑ Et deniq; vt paucis expediam.ꝓphetię donum nõ ad grãm q̄ gra
tum facit.ſ; ad eam q̄ solum gratis dari dr̄.ex theologoꝝ autoritate refer
tur.gratitudis autem vocabulũ si late extendat᷑.omnes ꝓculdubio crea
turas includit.omnia em̄ diligit deus.⁊ nihil odio habet eorũ q̄ creauit.
sed ex theologoꝝ vsu eis appropriat᷑.q̇ ad aliquem futurę beatitudis gra
dum acceptant᷑.Et quẽadmodum in magna domo.q̄uis oẽs patrifa-
milias grati sint.soli tamẽ liberi sunt heredes.sic ⁊ in mũdo oẽs deo gra-
ti sunt.non tñ oẽs christi coheredes.ſ; illi tm̄.in q̇bus est fides nõ ociosa
nõ extincta.sed opatõe accensa.futuri sunt

¶ Quod fides est principium ineundę cum deo ami cicię. Capitulum.iiij.

Quod homo deo placere incipiat ⁊ si omnium ꝟtutum est officiu;
maxima est tamẽ fidei attributum.propterea dr̄ accedentem ad de
um oportet credere.⁊ sine fide impossibile est placere deo Cuius rei
rõnem hãc assignauerim.amat deus hominem tanq; sibi similẽ Cęteris
animãtibus p̄fectum.⁊ tanq; suũ in terra vicarium. immo vt terrenum
quẽdam deum cum quo videt᷑ partitus imperium.iuxta illud Coelu; coe
li domino:terram autem dedit filijs hoĩm.at qm̄ dei natura est bonitas
sicut solis natura est claritas quẽadmodum sol nunq; illuminare sic de⁹ be
nefacẽ nunq; cessat.cogitat ergo hoĩem ex terreno facẽ celestem.⁊ prop-
terea quodã inter eos opus est cõmercio.⁊ arcana quadã admonitione
ac disciplina secretiore qua veluti quodã cęlesti semĩe.iam ꝑcepta.pede-
tentim incipiat trãsformari.⁊ quasi diuinescere Instituẽdum autem cre

dere oportet instituenti. disciplinę em̄ sunt de occultis ꝛ ista pcipue neqꝫ em̄ ē ex mathematicis. quas dicūt peripatetici primū certitudis gradū vsurpare. discisplina hęc ē de ignotis: de remotis nō min⁹ ab intellectu q̄ȝ a sensu. qd̓ em̄ remouet a ianua remouetur a domo. ac ianua intellectus ē sensus. qꝛ teste Aristoteles nihil ē in intellectu quin ꝑus fuerit ꝛ in sensu At in his q̄ lateat sensum ꝛ intellectū. qꝛ scia deficit opinio non sufficit. currēdū ad fidem. q̄ vt habeat captiuādus ē intellectus. ꝛ vinculo q̄dam alligandus. qd̓ vocat docētis autoritas. hoc vinculo astrictus quasi capistro equus sub dei disciplina perseuerat. donec ꝛ spe ꝛ charitate vestitus omnem accip... p celesti militia ꝯmeatum Exēplo Abrahę probauit hoc Paulus. neqꝫ em̄ Abrahā ex legis obseruatiōe. aut ex circūcisiōe. q̄ nondū erat. sꝫ ex sola fidei credulitate tantā iniuit cum deo amiciciam. vt eius elegerit de qua christus nasceret vnam familiā. Unde scriptum est. Credidit Abraham deo. ꝛ reputatum ei ad iusticiam. Ratio probabilis facit opinionem. Causarum cognitio scientiam. Dei autem autoritas fidem

¶ De fidei progenie spe et charitate Ca. v.

Fides duas peperit filias mortalem vnam alteram immortalem. Spes mortalis est. Charitas immortalis. q̄ sic ex fide oriuntur. vt ex visu scientia. neqꝫ em̄ sperari aut amari p̄nt quę nesciuntur. Spes ꝛ charitas in amore ꝯsistunt. ꝛ ambę sunt habit⁹ rōnalis appetitus. q̄ voluntas dꝛ ambę circa idem intentę eodem fere opere exercentur amāt em̄ ambę ꝛ idem sed nō eodem modo ꝓsequūtur Spes p̄mium respicit Charitas bonitatem Spes erat quę dicebat. inclinaui cor meum ad faciēdas iustificatōes tuas in ęternum ꝓpter retributionem. Charitas retributiōem nō respicit. amat liberaliter. ꝛ mercedis respectu nō habito. ꝛ nihil solicita pro premio bona cęlestia q̄ nec oculis vidit nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascenderunt. nec p sciam capi nec p opinionem sic persuaderi valēt. vt sperent: coelum em̄ sine fide q̄s sperauerit. neqꝫ etiam vt diligātur. diligi autem voco qd̓ nō solum animo cōplectamur sed operatiōe. nō habet opinio quoqꝫ ꝓsequamur. qui ardens ꝛ efficax amor appellat De credēdis ergo sciētia nō habet. opinio nō sufficit. fides q̄ inter vtrāqꝫ sita est habet em̄ firmitatem cum scia ꝛ obscuritatē cum opinione ꝯmunem. cum sit in ęnigmate Sufficit ad ea persuadenda q̄ sperari debet ꝛ amari Et quatenus firma ē adhesio ē eatenus immortalis. quatenus vo obscura est mortalis ē. cum em̄ facie ad faciem deū videbimus omnis tollet ꝑplexitas. omnis incertitudo. omīs obscuritas. ꝛ reliquię fidei trāseuntis in sciam istę supersūt Nō mirum ergo si ex matre q̄ ex du

plici ↄstat natura duarum naturarum filię ꝓcreentur mortalis scȝ ⁊ immortalis. nam aliter fieri nec debuit forte nec potuit oportet em̄ similem esse parētibus partum. ⁊ efficiēs omne solicituȝ est vt sibi quoad p̄t effectum assimilet. sed qui fieri p̄t inquies vt ex impfecta matre nam mancū ⁊ impfectum qd̄ est fides. generet charitas q̄ matrem ac sororem dignitate pcellat. ipsa namqȝ paulo attestāte non occidit. At fides ⁊ spes verterētur in aliud Spes in rem fides in sciam Respōdeo id ita fieri posse sicut fieri posse perspicuū. vt ex impfecto semis corpusculo arbor surgat tāta pceritas. quāta ē in quercu Acere ⁊ populo ⁊ id genus aliis arboribus quercus. Acer. populus. vel si hoc nō placet. sicut fieri potest vt ex visu qui ē brutis cōmunis ⁊ homini generet prudentia sine qua nō cōsistit humana societas.

Quod potius dicenda est spes in charitatem trāsire q̄ȝ in rem. Ca. vj.

Quod āt diximus spem in rem transiturā scd̄m alios q̄dē id dictū est. ego em̄ rectius dici arbitror transiturā spem in charitatē. nā sicut si a fide demas obscuritatam scia remanebit. sic si a spe possessionis tollas respectū Charitas resultabit. ⁊ sicut in elemētis scd̄m. Aristotelē trāsmutatio ē inter ea facilior q̄ symbolū. i. cōis qualitatis hn̄t ↄiugiū vt inter ignē ⁊ aerē. q̄r vna qualitatū remanēte nō fit in trāsitu tāta mutatio Sic ⁊ in haꝝ ꝟtutū metamorphosi tāto ē trāffiguratōis maior facilitas q̄sto ē caꝝ strictior affinitas Sūt etiā q̄ dicāt succedē spei tētionē. s͡ȝ ea tētio cū nō manuū sit s͡ȝ volūtatis: nil aliud esse p̄t q̄ȝ amor charitatis Qui āt dicūt spei rē succedē. p rē nihil aliud itelligē p̄nt q̄ȝ rei diu ⁊ eaten⁹ desiderate quaten⁹ absens fuit. nouā p̄ntiam atqȝ tentionē atqȝ ita scd̄m ⁊ naturē ⁊ alioꝝ opinionē ↄstat spem trāsire ī charitatē Sciendum autā virtutū quasdā esse q̄bus impfectionis nil annectit Sapientia Prouidentia Charitas has etiam deo tribuimus. quasdam esse natura impfectas. vt Spes Fides. ⁊ ipsa ad quā te adhortamur patientia. ⁊ hę quidem sicut a dei natura sunt alienę sic naturę humanę in hac mortalitate sunt necessarię

De nominib⁹ eorum q̄ a fide deficiūt. Ca. vij.

Qui ad fidei nostrę lucem nunq̄ȝ venerunt latine infideles. ethnici id ē gentiles grece nūcupant. εθνοσ em̄ gentē significat Dicūtur ⁊ pagani hoc ē rusticani. q̄r nō sp̄ū renati sicut christiani. s͡ȝ in ea q̄ geniti sunt rusticitate sp pmanserunt Machometistę q̄ Aphricam Aegyptū Arabiā ⁊ Syriā ihabitāt stulticiā coꝝ idicāte vocabulo more noiant. q̄ em̄ d͡r μωρόσ a grecis. d͡r Nabal ab hebreis. fatuus a no-

bis. Nec putet q̄s eos dici moros ꝙ ex mauritania sint vel venerint. vt morus ꝑ maurus sicut plostrum ꝑ plaustrum ꝓferatur Machometus em̄ arabs fuit. mauri aūt vltimas Aphrice occidentalis oras e regiōe ad hispanos inhabitāt Notabile certe. ⁊ a curiositate humana nō ꝓtercundum forsitan ⁊ mysterio carē non extimandū. ꝙ tres maximi legum latores ⁊ illustrissimi autores trium religionum q̄ totū terrarꝫ orbem occuparūt. in tribus mūdi ꝑtibus sibi vicinis immo cōfinibus atqꝫ cōtinuis ⁊ in medio terre habitabilis constitutis hoc est Assyria arabia ⁊ egypto fuerint ꝓcreati. fuit em̄ christus assyrius. Machomet⁹ arabs. Moses egyptius. Sed hec dissimulāda sunt ad pn̄s. neqꝫ em̄ suppetit nūc ociū nobis ad ꝯiectādum Qui de reb⁹ fidei recte sentiūt catholici vniuersales vocanť Nam fides nostra nō sicut lex vet⁹ solis Israelitis vni gēti vł nationi sed generaliter data ē vniuersis q̇ postq̄ꝫ fidem susceperunt de necessariis ad salutē partim recte partim praue sentiūt. hętici hoc ē sectatores appellantur. αιρεσιο namqꝫ secta appellať qui penitus a suscepta fide defecerint Apostate. i. rebelles vocanť. nam αποστασιο rebellio interp̄tatur. Et quē admodum christiani a christo quam appellatōem viuētibus adhuc apostolis primū Antiochie factam narrat Lucas in actibus ap̄lorꝫ. sic ⁊ iudei a iuda sunt vocati a quo descēdit tribus regia ⁊ inter duodecim magis honorata. dicti etiam sunt hebrei. ⁊ hec cognominatio lōge vetustior ꝓfluxit vt aliqui volūt ab heber in cui⁹ familia qn̄ ē linguarꝫ facta ꝯfusio in babylonie remāsisse fertur lingua p̄mitiua. q̄ ab eo dicta ē hebrea. vel vt alij sentiūt ab Aheber qđ interp̄tať trāsit⁹ Trāsiuit em̄ Abrahā monitus a deo ex Mesopotania ad cananeorꝫ terrā. quo cuꝫ ꝑuenisset vocatus ē hebreus hoc ē transiēs ⁊ aduenticius. ⁊ hoc fuisse videť omen ⁊ quoddā presagiū futurorꝫ hebrei em̄ sepenumero vt sacre testantur historie de sedib⁹ suis trāslati de gente in gentē trāsmigrarūt. ⁊ tādem eorꝫ lex vt tale cognomē futurꝫ innuebat. more sue gētis instabilis ⁊ trāsitoria trāsiuit in nrām. plura āt de his subijcerē: nisi scirē te ⁊ christianissimū. ⁊ sacre scripture fieri indies magis studiosum. in ea em̄ oīa que ad salutē ⁊ ad btitudinē ꝑtinent videre facillimū

¶ De causis fidei Ca. viij.

Exeamus ad tria q̇bus fidem fieri supra iam diximus. ea sunt sermo. miraculum. inspiratio. Per sermonem ⁊ miraculum sine inspiratione neminem ad fidem venisse cognouimus per inspirationē ⁊ sermonē sine miraculis ⁊ cum miraculis credidere q̄ꝫplurimi Sermo quid credas explanat. Miraculum facit vt audiēs aduertat. Ser-

moni etiam astipulatur ⁊ dicta ꝯfirmat. inspiratio vero assensum incli-nat. Ergo fidei materia vt omne genus causaꝝ attingam quaꝝ in secūdo libro de physico auditu memīt Aristoteles Circa quā sunt credēda. in q̄ est intellect⁹ Materia em̄ triplex in qua circa quā ⁊ ex qua Sꝫ de tercia nihil ad pn̄s. illa em̄ Soloꝝ est corpoꝝ. Forma inducenda ipsa est fides nam forma ē fides materię dispositio ideo nō nccāria. qꝛ p̄t ab agēte sup pleri. Est miraculum agēs de⁹. actio inspiratio. assensus introductio. fi nis beatitudo Assensus āt duplex ⁊ quo intellectus ꝯ̃o. quo volūtas bo-no assentit. inspiratio intellectui ꝑmum veritatē. mox volūtati ostēdit bonitatem. nam vtriusqꝫ spēs lucet in credendis Primus assensus est fi dei secundus magis charitatis ⁊ spei

De vi et natura miraculoꝝ. Ca. ix.

Theologoꝝ quidem doctissimi atqꝫ clarissimi subtilissimis dispositionibus q̄sierunt an ꝑ christi miracula ꝓbatu sit possibile eū fu-isse deum ⁊ messiam in antiqua lege ꝓmissum. Sunt q̄ affirment sunt ⁊ qui negent. Ego autem (vt paucis expediam). in eoꝝ qui negant hoc est Gerardi Bononien̄. ⁊ Pauli Perusini ordinis mei sn̄iam vado Si em̄ ꝑ miracula id ꝓbaret iam nō crederet. sed id nobis credendū p-ponitur Adde q̄ cuꝫ nō ꝯstiterit qua ꝟtute ꝓpa scꝫ an aliena Dei an Bel zebub vt iudei calumniātur. id fecerit. dici semꝑ poterit id cōmune ⁊ a-lijs fuisse. Nam p̄cedentibus etiam seculis apud gētiles ⁊ hebręos pa-ria. nec minora sunt visa. legim̄us Magos Pharaonis q̄ gētiles erāt si cut ⁊ Mosem fecisse miracula. legim⁹ Heliam mortuū suscitasse. Heli seum Naaman a lepra curasse. Iesaias narrat decem lineis solem esse re uersum. quo miraculo nescio an maius vnqꝫ audiuerim. q̄d em̄ maius. quid ve mirabili⁹ esse potest. q̄ꝫ q̄ vt vim hoī hoc est Ezechię regi ęgro tāti. de recupanda sanitate fides fieret ille cęlestium Speraꝝ diuinus ⁊ sempiternus ordo mutaret Quis ꝓ miraculo nō accipiat. q̄ a Tito Li uio ꝑmo libro de ꝑmo bello punico recitat Romanos scꝫ cum triēnio pe stilētia laborassent Sibyllinis libro admonitos misisse legatos epidau rum Pelopōnesi vrbem. qui Aesculapium deum Romam accerserēt. q̄ cum venissent numē ipsius dei in serpētis specie apparuisse ⁊ ꝑ vrbis cę leberrimas ꝑtes mitib⁹ oculis leni tractu labi coepisse. ⁊ tandē spectāte populo ad Triremē Romanam spōte ꝯfectum. in quinti Vgolini lega ti tabernaculo multiplici orbe se ꝯspirasse quieuisseqꝫ semꝑ. donec Anti um quę in italia volscoꝝ est ciuitas. ꝑuenissent. Ubi ex naui prolapsum postq̄ꝫ in vestibulo templi sibi dicati triduo ꝑmāsit in nauim iterum ꝓ serpisse. ac demum Triremi iam Romam ingressa in insulam Tyberi-

nam vbi templum ei dicatū est. trāsnatasse. Sunt ista q̄dem (non imus inficias) ꝯmenta diaboli. ſꝫ q̄s hoc mortaliū nisi christiana imbutus disciplina dinoscat: Plato scribit phereum quēdam Pamphilium inter eos q̄ in acie ceciderāt decem diebus iacuisse. biduoq́ꝫ postq̄ꝫ inde sublat⁹ esset impositum rogo reuixisse. ac mira q̄dā tpe mortis visa narrasse Sꝫ ne sit necesse ꝑ multa vagarī volentē gētilium mira repire. legat. Ualerij p̄mus liber factoꝝ ac dictoꝝ memorabiliū· ꝛ q̄d de oibus. de somnijs. de ꝓdigijs ꝛ de miraculis referat. attendat. Q̄d autē christus dt fecisse se q̄dam q̄ nemo alius vnq̄ꝫ ante fecerit. Ideo vtiq́ꝫ dixit. ꝙ alij miracula nō ꝓpria. vt hoīes ꝛ si ꝓpria nō diuina sicut ipē fecit ꝟtute fecissent. nō ergo miraculoꝝ exhibitio. sed vis exhibēdi singularis in christo Et quoniam scimus mira q̄dā a deo. a spiritib⁹ etiā malis ęque ac bonis. ꝛ a natura q́ꝫ fieri posse. ꝛ cum fiūt a quo potissimum fiat semꝑ ambiguū. concludim⁹ miraculum fallax esse signum: quēadmodum ꝛ color in vrina. ꝛ in vultu obscuritas. vtpote q̄a plurib⁹ causis ꝓuenire solēt. ꝛ a q̄bus ꝓueniat. raro ꝯpertum Hec igit dixi nō vt nostra infirmem. ꝓ q̄bus etiā fundendus est cruor. sed ne simul cum nostris aliena ꝯfirmem. q̄bus est cum nostris ꝯmune miraculum Tenemus etiā Antichristū dogmatū suoꝝ impietatē miraculis roboratuꝝ. q̄bus quottidie ne fidem adhibeamus. admonemur q̄ innuit posse ꝛ miraculis licet non veris. ſꝫ quo ad nos veritatē pręferentibus astrui falsitatem

¶ De errore Auicennę et aliorum qui dicūt oīa miracula fieri naturaliter. Ca. x.

Ed poti⁹ ex fide miraculum q̄ꝫ ex miraculo fides efficit. dicit em̄ christ⁹ Si habueritis fidem sicut ē granū sinapis. ꝛ dixeritis mōti huic. trāsi hinc: trāsibit. Fuere tn̄ nōnulli glorię diuinę quodāmodo inuidi. naturę āt nimis addicti. inter q̄s est Auicēna q̄ conati sunt oīm miraculoꝝ etiā eoꝝ q̄ in nrm̄ beneficiū deus ostēdit in natura reꝝ causas inuenire. Aiunt em̄ nostrę imaginatōi cū fortis ē. obedire p̄mū vires aię: ea est q̄ digerēdo nutrimēto ꝑfecta ē. q̄ sępe factum dicūt vt nōnulli ex lepre imaginatōe leprosi euaserit. obedire etiā imaginationi nō corpus solum animę imagināti ꝯiugatum q̄d ꝛ nos cōcedim⁹ sed ꝛ materiam q́ꝫ exteriorem. q̄d negam⁹. nec tn̄ id aiūt omnibus aiabus esse cōmune sed quarundā esse priuilegiū singulare. quas alijs excellētiores ac diuinioēs putant quales esse volūt ꝓphetaꝝ ꝛ horum seu semideoꝝ Isigonus et Mempho dorius teste Plinio in septimo naturalis historię libro capi

te scd'o tradūt in Aphrica quadam esse familias. quarum laudatiōe in-
tereant pbata. arescāt arbores. emoriātur infantes Esse eiusdem generis
in Triballis & Illyrijs adijcit Isigonus. qui visu quoq3 effascinent & in
terimāt quos diutius intueātur iratis precipue oculis. & hos pupillas
binas in oculis habere. sunt vt aiunt hui9 generis foemię in Scythia bi
thye appellate Uerum hec nō imaginationib9 sed vel halitui hois pe-
stifero. vel vapori venenoso q̄ ex oculis prodeat ascribenda. sicut accidit i
his qui pestilentia sunt in fecti. eorum namq3 animę constat vim inesse
mortiferam: que & in alios ɔtagio sevieñs & multiplicatōe sui inualescat
& serpat. hi nimirum q̄ effascinādi vim habēt: nescio quid simile patiun-
tur: sibi innoxium. alijs letiferum. & ne videat impossibile huiōi veneno
sos humores intra nos gigni. subijciam quę Plini9 libro septimo natu
ralis historię. capite. xv. de menstruo mulierū. ex quo humana corpora
concreātur. enarraret Sic eñ inq̄t. nihil facile reperitur mulierum pro
fluuio magis monstrificū. acescūt supuentu musta. sterilescunt tactę fru
ges. moriunt insita. exurunt hortorum germina. & fructus q̄bus insede-
re: decidunt. speculoꝝ fulgor aspectu ipso hebetat. acies ferri pstringitur
eboris q3 nitor. aluei apum emoriūtur. ęs etiā ac ferrū rubigo protin9 cor
ripit. odor q3 dirus aera. & in rabiem aguntur gustato eo canes. atq3 insa
nabili veneno morsus infigitur. sic Plinius Aiunt etiā Medici pesti-
lentiā nō sp ɔtagio fieri. s3 humoribus atq3 spiritibus in hoie viciatis
dirum illud morbi insanabilis genus enasci Quo sit vt nō oia in causas
naturales. sed q̄dam etiā in demōes. q̄dam hoc est ea q̄ vera sunt. in bo-
nos angelos. & in deum sunt referēda miracula

¶An sit vbiq3 Christi lex promulgata. Ca. xi.

Edan impletum adhuc sic q̄ d̄r. In oēm terram exiuit sonus eo-
rum. si p terram intelligas ɔtinentem. non dubito adimpletum
eñ existimo. si vero terrę vocabulum ad oīm hoīm habitationem
extēdas dubito. & eo maxime q̄ diebus nostris opa regū hispanię multę
in atlantico. in ethiopico. in indico oceano vltra etiam circulū capricor
ni. & torridam zonam. vbi altera terrę habitabilis portio collocatur. rep
tę sunt insulę. ab hominibus habitatę: nostris etiam multo maiores. vtpo
te quarum aliquę tric milia. & amplius passuū milia circuitus habeāt. &
harum. neq3 Strabo. neq3 Ptolomeus. neq3 Pomponi9 Mella. neq3
Plinius. neq3 antiquorum scriptorum quisquā meminerunt: quo con-
stat fuisse semper hactenus ignotas. & nunc primum accepisse nuncium
de Christo. Qui vero inter illos huius ignorantię nocte perduran-
te secundum legem naturaliter hominibus insitam beneuixerint.

etiam si aliquãdo peccauerint. mõ postea egerint pœnitentiã. putamꝰ post mortem aliqđ fœlicitatis genꝰ habituros ⁊ loca aliqua dei dono sortituros Ubi meliꝰ vel saltem minꝰ male sint habituri. q̃ȝ hi qui sordide ⁊ flagitiose vixerũt Sic putare me cogit iusticię ⁊ clemetię diuinę ꝯtẽplatio. ⁊ Dauid autoritas ita dicentis Quia tu reddes vnicuiq3 secundum opera sua

¶ Religionẽ Christianorũ non esse a stellis vt errant astrologi. sed esse breuissimam ad celum viam a deo inuẽtam et traditam. Ca. xij.

Uod ꝟo dicũt Astronomi religiõem christianam a cœli constellatiõibus fluxisse. falsum nefarium atq3 impium puto Aiũt nam q3 Jouem iunctum cum Saturno fecisse hebręam. Cum Marte chaldęam. cum Sole ęgyptiam. cum Uenere sacracenicam. cũ Mercurio christianam. Cum luna ꝟo facturũ aliq̃n dicunt Antichristi religionez. qui in fine seculoꝝ vẽturus est. hec nugamẽta ficticia execramur ⁊ quasi Nenias infantiles ridemꝰ assiduc. ⁊ q̃dem multis rõnibꝰ ꝑsuasi sed ea potissimũ ad pñs ꝙ scimꝰ tales planetaꝝ coitus sępe añ has religiões factos. ⁊ nunq3 tñ ex eis legem fluxisse. quo ꝯstat leges ab eis non fieri. ⁊ nõ esse religionum causas hos coitus. si em̃ causę essent. cum posita causa naturali poni necesse sit ⁊ effectum. q̃ȝ primũ ꝯgressa fuissent ea sidera. sicut postea ꝓduxerunt. sic ⁊ tũc legem ꝓduxissent. ꝙ si facto coitu lex nõ ꝓdu͞xit. certa rõne ꝯcludimꝰ coitum legis vel nõ esse cãm. vel saltẽ diminutam Dicimus ergo ⁊ qđ dicimꝰ credimꝰ. fidẽ christianã nõ a sideribus sed a deo ꝑ mediatorem dei ⁊ hoĩm deum ⁊ hoĩem christũ iesum ꝯditam. ab Aplis ꝓmulgatam. miraculis ꝯfirmatam. veritate subnixam. ꝑ̃ditam honestate. fultam rõne. hãc ergo vt teneas hortor ⁊ moneo ⁊ repetẽs iterumq3 iterũq3 monebo hęc em̃ vita via est in cœlum recta ⁊ q̃ȝ breuissima ad illa sempiterna bona q̃ oculus non vidit nec auris audiuit. Ut Mathematici volũt lineaꝝ quę in punctum aliqđ ꝓtrahũtur nullo breuior est q̃ȝ ea q̃ recta est. rectitudinem hãc habet christiana Religio. vtpote q̃ post mortem iustoꝝ animas nõ ꝑ anfractus ducat ad deũ sicut olim lex hebręoꝝ q̃ animas quãtacũq3 iusticia pollentes mittebat ad inferos. ⁊ ad locũ quem Abrahę sinum appellabant. erat illa lex via quidem ad deum. sed lõga sed obliqua. quę ꝑ nrãm ad rectitudinem ⁊ ad compendium est reducta. immo in nrãm mutata. nec illi ꝑ nrãm nisi rectitudo quicq̃3 est annexũ Uia quę obliqua erat lõga. ⁊ ꝑplexa : facta est recta. breuis. expedita Alię ꝟo leges ambages sunt. ⁊ fabulationes sicut dicit psalmus Narrauerũt mihi iniqui fabulationes. sed non vt lex tua

et alibi Non fecit taliter omni natiōi ⁊ iudicia sua nō manifestauit eis.

¶ De Georgio nouariensi Bononię combusto cum quibusdam disputationibus de fide christiana.

Capitulum. xiij.

Nam subijciam fidei argumentatiunculā. q̄ʒ ego quoad potui
ab errore reuocare sum conatus Georgium Nouariensem illū
quem ante quattuor annos hic Bononię. vt meritus erat. arde
re conspeximus verum sicut natura cessante medicina nil iuuat. sic quia
deus iusto sed occulto iudicio non aspirauit. nullum attulerunt verba re
medium Erat em̄ adeo deprauatus. ⁊ in reprobum sensum datus. vt ne
q̄ʒ euidentissimas rōnes audiret. postq̄ʒ in doctoꝝ ac prestantium viro
rum consensu huius a. Notario lecta sunt dogmata: Dicentibus alijs
eum hereticum Ubi ad me ventum est (faciebat em̄ ordinem dicendi or
do sedentium) non hereticum. sed quod longe est detestabilius. respondi
apostatam. longa em̄ iudeoꝝ consuetudine ideo corruptus quia a deo de
relictus iudaizabat. ⁊ in se verificabat qd̄ dicitur Cum scō scūs eris ⁊ cū
puerso puerteris. huic nostrę sniē ⁊ si pͥmū visi sunt aliquātisper. quidā
aduersari tandem tamen vt intellexerunt. oēs assensere Paulopost ipse
Georgius vt audirē ipam bestiam sua ꝟba resonātem. adductus est Hō
erat staturę iustę formę liberalis. corpe firmo robustoq̄ʒ. ingenio Uafro
prauo ac sub dolo. adeo vt in eo vno viderer agnoscere Catilinā Ulyxem
⁊ Sinonem Cū igit̄ alij multa in eū scite apteq̄ʒ sʒ certe bonitatem ma
licia p̄focante inutiliter dixissent. statui ⁊ ego aliq̄d p̄ter ea q̄ adducta di
ctaq̄ʒ fuerāt. subinferre. q̄ ⁊ si nō illi ad salutē. mihi tn̄ esset vtilis ad me
ritum labor meꝰ Sic ergo inter nos certamē initū ē. Christū inq̄ʒ in le
ge pmissum nōdum venisse putas o Georgi: Puto dixit ille. nōdum ve
nisse christum veꝝ. tūc ego Daniel' inq̄ʒ ⁊ alioꝝ pphetaꝝ vaticinijs de q̄
bus ab alijs abūde iam dictū est p̄termissis Uolo tecum sermōe mater
no simplici ac familiari ⁊ de circūuentiōe mime suspecto fabulari. cuʒ ve
nerit christꝰ dic sodes boni q̇d afferet Populi liberatōem rn̄dit. subijci
et gētes. ⁊ lōge ac late dominabit̄ Tūc ego si tibi inq̄ʒ alium dedero cuius
maiora sint lōge ac meliora facinora. nōne hūc christo tuo p̄stare fatebe
ris. Fatebor rn̄dit Tūc ego ęquo aīo sis dixi. ⁊ aurībꝰ sane. si Attila. aut
Otomanꝰ aliq̇s Bononiam obsideat. ⁊ duoꝝ alteꝝ petat a ciuibꝰ vt aut
terrenū principē: aut deum suū negēt. vtꝝ facilꝰ putas īpetratu Ut p̄n
cipē terrenū negēt. rn̄dit Tūc ego subieci. hactenꝰ Georgi scite sapienter
q̄ʒ rn̄des. atq̄ʒ vtinā sic in finē vsq̄ʒ rn̄deas. sic em̄ facile te ex his ꝯpedibꝰ
exsolues. nō sunt deliri hoīs iste voces Erāt em̄ in collegio q̇dā qui eum

ſub demētię ꝓtextu ſaluare ꝯtenderēt.ꝑganiꝰ inq̄ꝫ ⁊ recte vt cœpiſti ſem
per rn̄deas. Maius ē ergo.factuq̄ꝫ difficiliꝰ Deum veꝝ vel eum quē veꝝ
quis putet.q̄ꝫ terrenū principē explodere.⁊ ex mentibꝰ hoīm cōtempta
eiꝰ cultura deturbare: maiꝰ rn̄dit Tūc ego. At chriſtus nūq̄ꝫ noſter hoc
egit.ille his auditis ſubito expalluit.vt nudis preſſit q̇ calcibus anguē
Et lugdunenſem rhetor dicimꝰ ad aram.⁊ ſubiungēs vides dixi Georgi
quomodo ſapīa chriſti vincit tuam maliciam.quō fateri coactꝰ es nr̄m
chriſtum tuo quem ſomnias chriſto ꝓferēdum Nō venit chriſtꝰ verus
mūdi vt putas q̄ſiturus imperiū.Dixit em̄ ipſe.Regnum meum nō eſt
de hoc mūdo/ſꝫ vt nos de diaboli ptāte ⁊ ab idololatria reuocare Proptēa
cum paſſionem ſuam ſciret inſtare.nūc ꝑnceps huiꝰ mūdi inq̇t eÿcietꝰ fo
ras.⁊ ego ſi exaltatꝰ fuero a terra.omnia traham ad meip̄m hic eſt ꝯmu
nis ⁊ antiquus iudęoꝝ error Chriſtū putare tꝑaliter regnatuꝝ.quo etiā
mater Joānis ⁊ Jacobi.vxor zebedei cum more iudaico eſſꝫ implicata ro
gauit filÿs mūdanam dignitatē.⁊ ꝓptēa de ignorātia damnatꝰ a chriſto
Putabat namq̄ꝫ muler adhuc iudaica ſapiēs Chriſtum more Dauid et
Salomōis in purpura ⁊ auro ⁊ armoꝝ potētia regnatuꝝ.ſic populꝰ il
le carnalis ſemꝑ fuit.ſic rudis ⁊ hebes.vt nunq̄ꝫ dei voces intellexerit ꝓ
ptēa tātam coꝝ ꝓteſus ignauiam terga eis dedit Qd̓ futurum deus ante
mōſtrauerat eo ꝑcipue caſu.ꝙ cum Moſes deum rogaret vt faciem oſtē
deret.ꝯfeſtim abiēs tergo oſtēdit Unde ſcriptum eſt.vidi poſteriora vi/
dentis me Joānis in epiſtola ſua.capite tercio/cur Chriſtꝰ venerit mani
feſtat dicēs.ille apparuit.vt ꝑeccata tolleret.⁊ paulo infra.i hoc apparu
it filiꝰ dei.vt diſſoluat opꝑa diaboli.nō igitꝰ vt putatis vos:quo tēporali
ter regnaret Sed vt idololatriam deſtruens Mundum ad dei cultum
reuocaret.Tibi ergo ⁊ iudęis inutiliter apꝑuit.⁊ facitis apud vos cona
tum eius eſſe ſine fructu:dū caligo veſtrę ꝓtinacię bonitatis eius lumen
excludit.ſed q̇bus vtiliter apparuit Jeſaias capite.lxv.longe ante ꝑdixe
rat.Juuētꝰ ſum inq̇t a nō querētibꝰ me.palam apparui his q̇ me nō in
terrogabāt Ad Jſrael autem d̓t.Tota die expādi manꝰ meas ad popu/
lum nō credētem.ſꝫ ꝯtradicētem mihi.Aeſtuas dixi o Georgi:ęſtuas.
At breui.niſi reſipiſcas ęſtuabis acerbius Tūt ille nō ęſtuo dixit:ſꝫ phi
loſophię ac dialecticę retibꝰ me inſeq̄ris.q̇bꝰ ⁊ ſi capi poſſum.teneri nō
poſſum.q̇d has inq̄ꝫ vanas excuſatiōes perꝑerā adducis:Quid de diale
ctica ꝯquereris:ſum ne ego Chryſippꝰ de quo dictū eſt ab antiquis.ꝙ ſi
Juppiter dialecticam habere velit nō aliam habituꝝ q̄ꝫ Chryſippeam:
nō potui nudius nō potui ſimplicius apertiuſq̄ꝫ loqui.ſed vt video ex il
lis malis es piſcibꝰ.de q̇bus dicitꝰ Simile eſt regnum cœlorum ſagenę
miſſę in mare.⁊ ex omni genere piſcium ꝯgreganti.quam cum impleta

esset educẽtes. ⁊ secus littus sedẽtes elegerũt bonos in vasa sua. malos aũt foras miserunt. Nec negare potes tot populos ꝟtute Christi ad vni⁹ dei cultum reuocatos nam in eius noīe: vt ipe ꝑdixerat: sunt eiecta demonia sunt curati morbi. mortui suscitati. idola ꝯfracta. templa destructa. ⁊ deni-mum ꝑdicata ꝑ totum orbem veritas orthodoxa hoc Apostoli. hoc martyres. hoc sancti ꝯfessores inuocato Christi noīe. nõ in Angulis. sʒ palã coram ꝓncipibus regibus ⁊ populis in aperto fecerũt. Nulla iam natio nulla mũdi ꝑs nisi fortasse. vt ꝑdixi. alique apud Antipodes. si vsquam sunt Antipodes vel alibi insule abditissime ⁊ nobis ignote sint. in quas nõdum Christi fama trãsierit Idololatrie seruit. ⁊ quis hanc ꝑ orbem doctrinam sparsit. Quis hanc mercem ꝑ Asiam Aphricam ⁊ Europam tulit: Judei ne: Non vtiqʒ. neqʒ enĩ vnqʒ ipsi gentem vllam ad vnius dei cultum reuocarunt sed ipsi sepius ad idololatriaʒ relicto dei cultu declinarunt At q̇s hoc dogma ꝑ mare. per insulas. per terram seminauit. Nempe illi de q̇bus Dauid dixerat. Pro patrib⁹ tuis hoc est ꝓ patriarchis ⁊ ꝓphetis. nati sunt tibi filij id est apostoli. qui sunt a christo in patrum antiquoꝝ locum subrogati ⁊ sequit̃ Dauid. Cõstitues eos principes sup omnem terram. ⁊ in omnem terram exiuit sonus eorũ. ⁊ in fines orbis terre ꝟba eorum. Nam dum Thomas parthos Mattheus Aethiopiam. Joãnis Asiam. Petrus Pontum Galatiam. capadociam. Paulus Greciã ⁊ Illyricum. ⁊ ambo Petrus scʒ ⁊ Paulus Romaʒ et Italiam die noctuqʒ docẽdo perambulabãt: pulsa sunt ex templis ⁊ ex tẽplorum adytis simulacrisqʒ demonia templa euersa. statue comminute are cõtrite. Et tãdem Cõstantin⁹ imꝑator bene in christianos animat⁹ fide suscepta. ⁊ cruce ꝓ aliquis ⁊ imperij insignib⁹ ꝯtra Maxentiũ Maximiani filium christianoꝝ ꝑsecutorem eleuata in christi reuerentiã vetuit queqʒ in crucem agi. Sũmo christianoꝝ Pontifici Syluestro Romam cessit. templa q̃ adhuc extãt Christo maximis impẽsis posuit Ecce Georgi hec sunt opa triumphalia Christi nostri ⁊ q̄d christ⁹ tuus amplius gerere poterit: q̄d equale: q̄d est. dum est. impossibile factu ẽ. Aristoteles enĩ inter ꝓncipia reꝝ naturaliũ numerat ⁊ priuatiõem. ⁊ sicut lignum ex nõ ligno. ⁊ lapidem ex nõ lapide. sic cultuʒ ex nõ cultu fieri ẽ necesse. cultu ergo diuino iam inducto quicq̄d agẽdum restat min⁹ est hoc facto. qui ergo futurus est Christ⁹. eo q̇ iam fuit. ⁊ hec fecit. minor certe erit. ⁊ id ex tua ꝯfessione sequi manifestum Ad hec Georgi⁹ subiratus: mihi ne dixit tanqʒ mulierculę ista narras: putas ne te hodie auiculã cõuersuꝝ: Non sunt inquam o Georgi. nõ sunt tue iste voces. fact⁹ es enĩ diaboli simulacrum Sed pone miser hãc amẽtiam. ⁊ noli ꝯtra stimulũ calcitrare. noli spiritui sancto resistere. incipe si q̄d habes. ⁊ has nostras

aniles fabulas tu qui tantus es. dissolue si potes. Habeo inq̇t penes me
respōdere quid possim. ⁊ cū tempus erit respōdebo Tunc ego: Respondi
nūc optime Uir. quādoquidem ⁊ tēpus ⁊ locus id postulāt. Mentitus
es inquit me. quem improbum iudicas: virum bonum appellans. parci
us dixi. o Georgi parcius ego te optimum virum non aliter quam chri
stus dei filius Judam amicum dixit. qui scilicet non esset. sed amicus eē
debuisset. ⁊ quē zelo charitatis amicum optabat Responde igitur. ⁊ con
fer pedem. tua namqꝫ si bona fuerint: responsa amplectemur. ⁊ huc hui⁹
gratia venimus vt tu de fide recte sentiens ⁊ sane respondens absoluare.
⁊ nos te adiuuantes cum aliquo spiritualis frugis emolumento resipis
centi tibi colletemur. Nondum inquit Jdolorum cultura est explosa.
sed nunc maxime idola colitis vos christiani. o sancte preceptor inqꝫ per
ge oro te. perge. tolle ex mentibus nostris hanc impietatē. ⁊ doce nos ho
die que christianorum sint idola Juro enim tibi me illa confestim nega
turum. dic agedum. Que sunt christianorum idola o Georgi. Petrus.
Paulus Hieronymus Ambrosius: Respondit ille. Uis inqꝫ o Geor
gi amici aduersum te fungar officio: Uolo respōdit Tunc ego amici of-
ficium est dixi amicos cum quid deliquerint. obiugare nam inquit Ari
stoteles in ethicis Melius est ferre auxilium in moribus quam in diui-
tijs. quando id honestius ⁊ amicicie magis congruum. obiurgabo ergo
tecū bona venia. Quid miser calumniaris christianos quod Jdolatrie
dediti sint impūtado. nonne vides insane tuam amentiam. ⁊ quod dum
me vocas idolo latram. teipsum esse iudicas idiotā: quomodo Petrus
est idolum. cum Petrus sit aliquid. idolum autem nihil. Jdolum esse ni
hil Paulus diffinit. ⁊ recte quidem. nam in earum naturarum catalogo
que a mundi opifice deo sunt condite non magis est idolum. quam chi-
mera. quam hircoceruus. ⁊ alia ficta ac imaginaria. q̄ rationis entia vo
cant dialectici nec plus est idolum vnum quiddam q̄ꝫ nauis ⁊ nauta. qꝫ
arator ⁊ stiua. ⁊ cetera similia non per se nec a partium natura. sed aliun
de vnitatem habentia. hic Georgius concitas inquit vt video aduersum
me omnem philosophiam ionicam ⁊ italicam Uis dialecticorum elen
chos ⁊ prestigia sophistarum contra me armare. Sed que gloria vestra
est. Si puerum iuuenes si multi fallitis vnum. Dauus sum non Oe-
dipus. Sphingis enigma non intelligo. Ah Georgi dixi quam longe
a recto erras itinere. ⁊ quam facile redires ad viam si redires ad te ip-
sum. non es Dauus. sed es aspis surda. que cauda obturans aurem su-
am, ne audiat vocem incantantis sapienter. heu miser in quā diram stri
gem incidisti. que sic omnē tibi sanguinē luctu hausit. quo es tot⁹ deuo
rat⁹ a Lamia Ah miser exue iā opa tenebrarꝫ. ⁊ indue arma lucis. ⁊ re-

di ad mrēm tua3 ecciam catholicam que te genuit.q̄ te mortuū luget.q̄ nos huc misit vt suscitaris.redi cum filio ꝓdigo ad patris pietatem scis nec doceri te est opus.q̄3 sit Clemēs ꝛ benign⁹.ꝛ pstabilis sup malicia ex pectat te christ⁹ ꝛ āgeli sancti.de q̄bus d̄r.gaudium est angelis sup vno pctōre poenitentiā agente.redi ad gremium matris ecclesie.parcit tibi. cōdonatur hic error iuuētuti.Recordare parētum cognatoꝝ affinium. amicoꝝ.ꝛ patrie.q̄bus infidelitatis notam hāc inuris.pcrais hac demen tia teipm maculas hoc scelere genus tuū.cōtaminas hac impietate nrm̄ hoc seculū.ad hec ille sol⁹ fixos oculos tenebat Nec magis incoepto vul tum sermōe mouet Quam si dura silex.aut stet marpesia cautes.Et fac to paruo ad vidēdum q̄d rn̄deret interuallo.mox adiūxi.at postq̄3 per stas in ꝓposito.redeo ꝛ ago ad ꝓpositum.noli metuere georgi te a nobis decipi.neq3 em̄ sum⁹ decipuli vt tu perperam vocas christi discipulos.q̄ videl3 hoīes piscarent.hoc est scd'm tuam interpratōem deciperent.indu co cōtra te veritatem nō sophisma.q̄ de Idolo dixi non sunt ex apicibus vel appēdicibus humane curiositatis.sed ex vere philosophie fundamē tis.aīaduerte quoꝝ ꝯspectib⁹ astes.licet em̄ ego ꝛ tu forte sum⁹ Damoe ta ꝛ Menalcas.nō sunt tamē Palemones q̄ circumspectant.Idole in quit a me appellat quicq̄d aliud a deo non adorādum adorat.vt sanctoꝝ vestroꝝ imagines.quas ego tum etiam cum essem adhuc puer solebā la pidib⁹ ferire ꝛ luto ꝯspergē Tūc ego subieci illud Persianum.O curue in terris anime ꝛ celestium inanes.ꝛ item illud O miser inq3 dies vltra miser.huccine rerum venimus.An nescis q̄d quottidie ꝯtionamur ad ppl'm adorari ꝛ deum ꝛ creaturas.ꝛ em̄ quid est adorare nisi venerari ꝛ colere.q̄ si dicas scriptum esse deū tuū adorabis ꝛ illi soli seruies: respō demus adoratiōis gen⁹ esse duplex vnū q̄d latria.aliud q̄d dulia vocat a grecis p̄mo adoratōis genere inclinamur alicui tāq̄3 creatori tanq̄3 deo hostias ꝛ oblatōes offerēdo.scd'o inclinamur creature.q̄ inclinatio ē cu iusdam excellentie ꝓtestatio.de quo gn̄e d̄r cum in multis scripture lo cis.tum p̄cipue q̄d memorie nūc occurrit.capite.xxxiij.geneseos: vbi d̄r q̄ Rahel ꝛ Joseph Esau patruū suū adorarūt.q̄d ergo pnes nos est Pe trus ꝛ Paulus.hoc pne iudeos est Moyses Aaron Neemias Esras Dauid Sanuel.ꝛ ceteri vite approbate ꝛ doctrine viri.sanctos em̄ vt deos nō adoramus.at tanq̄3 dei amicos amam⁹.honoram⁹ veneramur ꝛ colim⁹.aliud est regem.aliud ē ministros honorare ꝓpter regē.ad hec il le nequicia sua quasi quadam sp̄uali apoplexia correpte⁹ obmutuit.ꝛ hoc ea de causa q̄ ei deerat q̄d est in ꝯuersiōe potissimū.inspiratio .bene ergo a christo d̄r.Nemo p̄t venire ad me.nisi pater meus traxerit eum pauca hec fide tecum recclui.scio em̄ magnam ꝛ plusquā dici aut cogitari pos

sit fidei vim inesse. q3 si vigilãter custodieris faciet te oim inimicoꝝ victorem. ⁊ oim calamitatum ꝯtemptorem. Proptẽa Joãnes apl's in prima epl'a capite quito d't. Nec est victoria q̃ vincit mũdum fides nostra q̃s ẽ autem q̃ vincit mundum nisi q̃ credit qm̃ iesus est filius dei: Qui iesum dei filium firmissime credit' dictis ei⁹ assentire nõ dubitat. q̃ dictis ei⁹ firmiter adheret. iam mundũ hũc necesse est cõtemnat. at qui mũdum contemnit vincit. recte ergo Joãnes ꝯcludit mũdi hui⁹ esse victorem qui ie sum credit esse saluatorem. ⁊ Paul⁹. fundamentũ inq̃t aliud nemo potest ponere p̃ter id q̃d positum est: q̃d est Jesus christus. Addam vnam Hiẽmię sententiã. quã Paul⁹ ad hebręos. capite octauo Cõtra iudęoꝝ citat puicaciã. vituperãs em̃ de⁹ iudęos in Hieremia dixit Ecce dies veniẽt d't domin⁹. ⁊ ꝯsumabo sup domum israel. ⁊ sup domum iuda testamentũ q̃d feci patribus eorũ. in die qua apphẽdi manum eorũ vt educerem eos de manu ęgypti qm̃ ipsi nõ pmanserũt in testamẽto meo. ⁊ ego neglexi eos, d't dominus. sic Hiẽmias Cerne q3 manifestũ nouo testamẽto ferat testemoniũ. quid est oro te ꝯsumare. nisi cõplere. vetus testamẽrum diu id est vsq3 ad christi aduentum fuit inchoatũ fuit impfectu3. ⁊ erat quasi mola inferior ociosa. cui noui testamẽti mola superior erat imponẽda. vt adueniẽte fluxu spũs vehemẽtis: hoim inter vtramq3 comp̃hensa duricies poenitẽtię ꝯtritõe moleret Unde Joãnes baptista superioris molę p̃cursor ⁊ nũcius ex euãgelio Matthei clamabat. poenitentiam agite. appropinquabit em̃ regnu3 coeloꝝ vocat regnum coelorum nouũ testamentũ. ad q̃d. cum iam esset veteri imponendum hoĩes quasi triticum vocat ad molendũ. Ideo dixit christ⁹ Erunt duę molẽtes. vna assumet. ⁊ altera relinquet: Erat ergo vet⁹ testamentũ in nouo ꝯsumandum. q̃d vbi factũ fuit. ⁊ rei ⁊ ꝯsumatiõis huius autor christ⁹ nõ tacuit Sed Hiẽmię r̃ndens alta voce mox dixit Cõsumatum est Uide mirabilem dei sapiam. inexpugnabile fidei fundamẽtum. ⁊ nutãtis aĩę solidum firmamẽtum S3 ne dicẽtes vnam istaꝝ molaꝝ alteri impositam videamur sentire ꝯtra christum dicẽtem vnam assumẽdam. alterã relinquendam. dictum ei⁹ summa cum reuerẽtia sic declaram⁹. vt dicam⁹ fide3 hebręoꝝ hoc est vet⁹ testamentũ dici a christo ideo derelinqui. q' ꝑs ea q̃ de ceremonijs id est sacrificijs ⁊ ea similiter q̃ agit de iudicijs ⁊ de contractibus humanis. ꝑ nouã abroget. Nos autẽ nrãm illi dicimus imponi. q' retẽtis ex veteri testamẽto moralibus p̃ceptis ritus illi cerimoniales in christi sacrificium Cuius erãt figura. trãslati sunt. quo fit vt lex illa vet⁹ hebręoꝝ p̃dagogus. ⁊ derelicta. ⁊ nostra illi imposita dici possit Nõ fuerit etiam absurdum. si dicat per molẽtem derelictam intelligi testamẽti veteris partem abrogatam per eam vero quę assumẽda d'r. designari de-

calogum.⁊ ceremonias.vt ad vetus testamētum totum id christi dictū referaꝛ.nam vt dixi qđ est de moribus remāsit intactum Cerimonię vero mutanꝛ ī melius Sed q̄zq̄z scđm hanc expōnez ad vetus testamentū ꝑtinere videaꝛ dictum christi.reuera tamē tangit ⁊ nouū.nam illas partes assumi quid aliud est.q̄z illas in nouū trāsformari:Te igiꝛ sępius interroga an ꝑfecte credas.si firm⁹ fueris.nihil est qđ tolerare iam nō possis.sin autem infirmum te sentis.dic christo cum Apostolis.auge nobis fidem.nam si quis indiget sapia postulet a deo.⁊ dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hęsitans. ⁊ memento ꝙ qui deo credit.eum honorat. q̄ vero non credit mendacem facit.quo nihil esse potest indignius detestabilius perniciosius.

De Spe et Charitate. Ca.xiiij.

Exeo aliquantisper ad fidei familiam spem ⁊ charitatem. Ut breui quadam anacephaleosi magis earum patescat ingenium ⁊ quicquid dicetur erit ex theologorum officina depromptum Spes igitur est habitus voluntatis quo ad eorum desiderium inclinamur,quę fides pollicetur.desiderium autem eorum est bonorum:quę non habentur Sed quo nam paracto tres istę virtutes theologicę sint discretę breuiter explicado.fides vt ante diximus.sic intellectū afficit.vt his tātum faciat assentiri.q̄ scripta sacra ꝯmuni reuelatiōe complexa est. Est autem cōmunis reuelatio.q̄ saluandis vt saluētur credenda ꝑponit.sunt ⁊ alię quędam reuelatiōes non cōmunes sed speciales.vt Joānis apocalypsis quę ⁊ si vera est.⁊ ei cui ostensa fuit intellecta.nobis tamē quia q̄ necessario explicite sint credenda non cōtinet.causa ⁊ occulta In intellectu igitur est fides Spes autem ⁊ charitas in volūtate.volūtas operationem habet.⁊ quietem.negocium ⁊ ocium.operatio eius duplex Una qua velit.altera qua nolit Utriusq̄z negatio ē quies.quod theologi exprimunt per non velle.ē autem operatio melior quiete.velle quoq̄z q̄z nolle pręstantius. Velle item duplex propter se.⁊ propter aliud.primo frui dicimur.secundo vti. Fruimur em̄ cum propter se. Utimur vero cum gratia alterius melioris quidpiam amamus.vt panem propter vitaz Frui quoq̄z duplex. Nam ⁊ quotiens aliquid cum possessiōis desiderio.⁊ quotiens item possessionis respectu non habito sui gratia amamus.sic vtraq̄z operatione frui dicimur.vt duos amores duob⁹ vocabulis illum spei istum charitatis nuncuparemus.⁊ si dicas secundum hęc dicta nō videri spem ab vsu differentem vtpote qua sicut ⁊ vsu quidpiam propter aliud.vt deum propter nos diligamus. Respondeo non omnem amorem esse vsum quo refertur ad aliud quod amatur sed eum tantum quo

in melius ordinam⁹ qd amam⁹ sz omittamus impñsentiaꝝ theoremata ista subtiliora. tũc repetẽda cum theologicis q̃stionib⁹ acrius intendem⁹ At quia vna oppositoꝝ est disciplina. de desperatione aliq̃d quomodo scz generet. adijciam Cum volũtas sibi deũ desiderat ac sperat. si decepta ratio id esse obtẽtu impossibile dicat neqz em̃ nisi decepta id dicet. volũtas quia impossibilium nõ est electio. deum vel nullo ampli⁹ modo. vel sub ꝯditiõe puta si obtinẽ posset desiderat. ꝛ horũ vtrumlibet id est vel nullo modo. vel cũ ea conditiõe diffidendo expetẽ. tristiciam quandam parit in volũtate. q̃ vna satin est ad desperandũ. Judas in vltimo illo submersionis suę naufragio veniã sub conditiõe. hoc ẽ si possibilis esset. exoptabat sed qꝛ decepta ratio id factu impossibile nũciabat. desperatiõe adductus laqueo se suspẽdit Est igiꝭ a natura spei aliena ꝯditio. sed forti atqz animosa fide sperandũ est. nam sub ꝯditiõe aliq̃d expetẽ. nõ est sperare. sicut sub ꝯditiõe velle nõ ẽ simpl'r velle. vt q̃ merces vult ne moriaꝭ. ꝓijcẽ nõ vult simpl'r ꝓijcẽ Cõditiõib⁹ igiꝭ impone silentiũ. ꝛ alteri⁹ vitę bona simpl'r ꝛ absolute spare ꝯsuesce Sz q̃ vult efficaciter spare. oporꝫ eũ firmissime credere Propterea despantib⁹ psuadem⁹ vt credãt Et christus apud Mattheum dixit paralytico Cõfide fili. ꝛ duob⁹ cęcis Creditis inq̃t qꝛ hoc possum facẽ vobis. rñderunt. vtiqz dñe. Tunc tetigit oculos eorum dicẽs Scd̃m fidem vestram fiat vobis. Sed de his hec hactenus. iam ad longanimitatem transeamus.

De longanimitate. Ca. xv.

Longanimitas ṽtus est ad patiẽtię subsidiũ adinuẽta. eius namqz est longinqua ac magno tp̃is interstitio remota bona cõstanter aggredi. ꝛ inter expectandum nullis iniurijs frãgi. nullis difficultatib⁹ absterreri. nullis pturbatiõib⁹ in fugam verti Lõganimitas igiꝭ patiẽtię baculus est Cui⁹ adminiculo diuti⁹ subsistere ꝛ p luculentã hãc ad lubricã vitam sine lapsu ꝛ casu possit incedere. Spem q̃z adiuuat ṽtus ista Nam bonum qd speraꝭ etiam si in immẽsum differaꝭ. suadet expectãdum Floruit ãt ista ṽtus in ꝓphetis maxime ꝛ patriarchis. qui ṽenturum christum a lõge videntes ꝛ in fine seculoꝝ nasciturꝝ fortiter ac lõganimiter expectabãt. ꝛ ideo dicti sunt lõganimes in spe hinc illa vox Jesaię ꝓphetę Utinã disrumperes coelos ꝛ descenderes. ꝛ illũ. mitte quem missurus es ꝛ istę q̃dem voces sunt spei. Audi iam lõganimitatẽ. Expecta inq̃t Dauid dominũ viriliter age Confortet cor tuũ. ꝛ sustine dñm Est ꝛ illa apud Jesaiam lõganimitatis vox. expectabo dñm qui abscondit faciẽ suã a domo Jacob ꝛ pstolabor eum. ꝛ alibi. Si moram feceris expecta eum. Hec igitur ṽtus propter expectandi difficultatem inuẽta

est. Nam difficile expectatur ea. q̄ ardenter amata nō statim habēda sed lōge posita esse iudicant. Hinc illud qđ in p̄ma nrā p̄thenice diximus. Spes ē longa dolor, p̄missaq; munera amāti Expectare diu. labor est. & pōdus iniquū Sicut igit̄ magnanimitas in magnas. ita lōganimitas in res q̄ lōge absunt vel abesse putant̄ animas leuat & inter eandū mentē ne ɔcidat. p̄seuerātia sustinet. nam plerīq; dum ad ea p lōganimitatem p̄gunt q̄ procul apparēt, quasi iumētum in via lassum diuerticula q̄rūt ab onere tergum a iugo ceruicem subtrahūt, & nōnunq̄ aliquātisper ex orbita declināt. inuēt⁹ est igit̄ funis quidam. q̄ quasi Thesei filum extentus ac animi manu tētus. nec ad dexterā nec ad sinistrā errare p̄mittat: sed vsq; in finē itineris ne sit opus quiete. sustētat. hęc ē igit̄ p̄seuerantia q̄ difficultatē ex patiētię diuturnitate surgentem lenit. & quasi Ambrosię succo vires laborētis instaurat Et quēadmodū p̄seuerātia peculiariter ɔtra tolerādum fastidiū sic aduersus omne qđ se obijcere p̄t impedimētum ɔstantia militat

Anacephaleosis dictoꝝ & q̄ nō recte dr̄ a theologis volūtas an̄cedēs et ɔ̄sequēs in deo. Ca. xvi

Ed anacephaleosim facio eoꝝ quę diximus . circa difficilia teste Aristotele versatur virtus. sicut ergo multiplex difficultas. ita & v̄tus est multiplex. difficultas ē magna subire pericula. hanc fortitudo demolit̄. difficultas ē inter tolerādum tristicia nō vinci. huic difficultati paciētia se obijcit. difficultas ē quę de futura vita dicūtur credē ac sperare. in hoc spes & fides suppetias ferūt Difficultas ē lōge distantia bona diuturna animi suspēsione morari. huic lōganimitas opitulatur. Difficile ē nouos casus quottidie ɔtra nos emergētes ęquanimiter ferre huic ɔstātia p̄stat auxiliū Dū longinqua bona pia lōganimitate expectamus. difficile ē mētis nō in currē lassitudinē. tenere sp̄ intentā cordis aciem nunq̄ obdormire. nunq̄ halluciari. nunq; ab incepto ope diuaricari: occurrit huic periculo p̄seuerātia. & ita fit vt constare tibi possit deum & naturam nihil p̄termisisse qđ homi ad beataz vitam possit ɔferre Et hoc nimiꝝ est qđ theologi dicunt deum velle oēs volūtate an̄cedente saluos facē: sed volūtate ɔsequēte quosdā tm̄. iuxta illud. multi sunt vocati: pauci v̄o electi Ego āt nō an̄te & ɔsequēte Sz an̄cedentis & ɔsequētis debere dici existimo. vt p hoc inuat̄ deū oēs ideo saluos fieri velle q̄ ōnib⁹ vt dixi palam fecerit atq; cōmuni cauerit ea q̄ an̄cedere debeat ad salutem. hęc āt sunt lex & v̄tutes. ex q̄b⁹ tanq̄ ex an̄te sequit̄ beatitudo tanq̄ ɔsequēs Sicut apud dialecticos dr̄ p̄missas esse an̄s ɔclusiōem vero q̄ sequit̄ ex p̄missis esse ɔsequens Licet ergo deus non det omnibus cōse

quēs. hoc ē beatitatē. tñ velle dare nō videt. q: dare vult ꝛ dat añs. ex q̄ ꝑ Syllogismū recte oꝑatōis inferat ꝯsequēs beatitudis. Sʒ q: maior ꝑs mortaliū dum ꝯtemptui hʒ formā hu⁹ illatōis. ꝑdit felicitatē illi⁹ ꝯsequētis. d: de⁹ velle nos saluari. q: ꝑ liberalitatē suam dat añs. ꝛ non velle nos saluari. q: ꝑ segniciē nrām nō dat ꝯsequēs. haꝝ ꝟtutū habitus ꝯsuetudiesqʒ lōgo iustas exercitio possum⁹ naturalr q̇dē habere. operationes autē scd̄m eas vsqʒ in vite finē integre ꝑducē. sine dei peculiari auxilio certe non possumus

Qd̄ et q̄re de⁹ odio habeat ociosos.

Capitulum. xvij.

est scriptura. dicēte Paulo Quecūq̄ scripta sunt ad nrām doctrinā scri-
pta sunt: vt ꝑ patientiam ⁊ cōsolatiōem scripturarum spem habeamus.
Primo igit̄ loco scriptura sacra tibi legēda est Secūdo doctorum codi-
ces approbati. Tercio philosophi. q̄ de moribus disputant ⁊ poete gra-
ues. qui mira eloquētie suauitate philosophie seueritatem cōdiunt. suꝑ-
cilium ponūt. frontem caperatam extendūt. ⁊ veternosum ei senium au-
ferētes venustatis gratiam ⁊ iuuenilem quēdam decorem inducūt. nihil
enim est aliud vera poesis q̄ philosophia quedam mystica. fucata. inter-
polata Quarto historie. hac spiritualium ciborum varietate refectus in
hac pulchra ac sancta supellectile constitutus potes omnem ⁊ egritudis
et vite perferre molestiam.

¶ De sanctorum mutatione Ca.xxxvi

Exempla fortitudis.ac patiẽtię.spei.lõganimitatis.⁊ pseuerantię frequẽter legẽda sunt ⁊ semp habẽda est añ oculos sanctimonia confessor.pudicicia vginum.ɔstãtia martyꝝ.hoc sit speculũ ad qđ animę tuę q̃ sposa est christi.caput amicicias.faciem linias sinuz exornes.vt in vestitu deaurato.Charitatis circũdata varietate vtutũ cũ huius vitę nox pcesserit ⁊ ęternę vitę dies illuxerit ãbulare honeste vale at inter triũphales choros paradisi ⁊ habẽs vestem nuptialẽ possit ęternis adesse cõuiuijs.bona illa Romanoꝝ antiquitas q̃ vtutum lapidibꝰ orbis terraꝝ fundabat imperium.vt ad imitãdum iuuenes puocaret pangebat in cõuiuijs egregia maiorum facinora comphẽsa carmibꝰ Simili officio Religiosi omnes ⁊ nos pcipue.cum cibo reficimur.semp vnum e nobis cõtentiose legẽtem omnes auscultamus.⁊ cum silẽtio comedentes erectis ad ɔcionãtem nõ oculis.sed mẽtibꝰ fere semp auidius sumimus animoꝝ ad mẽsam alimẽta q̃ȝ corporꝝ ⁊ certe iudicio meo pẽdet hinc magna ps religiosę vitę.qđ em̃ est aliud cõmunis hęc lectio q̃ȝ vicioꝝ extirpatio spũalis pfectus exhortatio.⁊ q̃dã gñalis vtutum irritatio: Conuerte ergo mẽtem ad cõtemplãda gesta sanctoꝝ.⁊ quasi tuã pressus igna uiam q̃ nihil adhuc egeris viro dignum.mitte manum tuam ad fortia ⁊ vigorem elatiõem ac sublimitatem illorum ęmulare Cũ videris in pueris vt in Uiro.in foemineo sexu.vt in Catharina.in paganis ipsis q̃ deum ignorabãt.tantaꝝ experimẽta vtutum.pudebit te.q̃ vir qui christianus es.cui coelum in hęreditatẽ pmittitur.vnam ęgritudinem ferre nõ posse Lege Regum libros.inuenies regem Dauid in aduersis omnibꝰ quę multa ppessus est.patiẽtem.pium.mitem.lõganimẽ ⁊ a dei timore nunq̃ȝ discedẽtem.⁊ in psalmo đt Ego autem in flagella patus sum ⁊ factus sum sicut hõ non audiẽs ⁊ nõ habẽs in ore suo redargutõea.q̃m in te domine speraui.tu exaudies me domine deꝰ meus Lege Ezechiam regem in lecto iacentem cum lachrymis ɔuersum ad parietem quindecim vitę ac sanitatis annos impetrasse In seculo Maccabęoꝝ reperies matrem cum septem filijs pro paternis legibꝰ tyranno resistere.⁊ cõtemplatus animum in foemina plus q̃ȝ virilem ne habere iudiceris ĩ virili corpore animũ foemineũ. fortius nisi fallor eniteris .De nostris hoc est de christianis nihil dixerim Sunt em̃ omnia huiusmodi exemploꝝ plena volumina.⁊ christianę vitę regula est mala pati.⁊ mala nõ reddere perfectõis nostrę summa hęc est.pcutienti vnam maxillam pbere ⁊ alteram, auferenti tunicam donare ⁊ palium.

¶ De assidua dei deprecatione. Ca.xxxvij

Uperest vt deo ac dei amicis assiduis supplicationibus te commē des. ꝛ vt amici Job ęgrotanti consulebant ad sanctorum aliquem conuertere Sic futurum est vt saluis mercibus ꝛ naui. velis pas/sis. ventisqꝫ secundis cum magno meritoꝝ prouentu ac fœnore portum sempiternę qetis introeas Quā tibi mihiqꝫ ɔcedat pater misericordiaꝝ et deus toti⁹ ɔsolatōis. q̄ ɔsoletur nos in oī tribulatōe nrā AMEN

¶ Hęc habui de tenui facultate meę penurię q̄ diuturnę nr̄ę Amicicię ꝛ mutuę charitatis officio dederi. Tu ex ingenij tui fertilitate ac copia: ex laboris tui opa ac industria ɔq̄res plura atqꝫ meliora. q̄ his nr̄is ad/iūcta tibi ad Celestē patriā ꝑperanti erūt ꝑ vehiculo. Uale

¶ Impressum Dauentrię per Richardum pafraet Anno dn̄i. M. CCCCC. I.

¶ Ioãnis Taberij Grixiani ad Heliam Capreolum amicoꝝ optimũ Antigraphia

Poſtq̃ plena malis ſubieruut tempora: noſq;
  Scyllęis lacerat ſors truculenta vadis
Nec ſperare ſinit portum temeraria bello
  Romanum totiens Gallia paſſa iugum
Uincere ſi quiſquam cupit inſuperabile fatum:
  Naturamq; animo ſuppoſuiſſe ſuo.
Et quaſi de coelo mortalia temnere. vimq;
  Fortunę: atq; omnem pellere corde metum:
Hęc legat: & ſacri ſeruet documenta libelli·
  Quem dedit Oeniacę fama ſecunda tubę
Impetrat vt lętus ſubeas: quodcunq; neceſſe eſt:
  Paruaq; in ęternum vertere damna bonum.
Ille etiam noſtri mala temporis: ille Roberti
  Fata ducis cecinit: Parthenicesq; duas.
Et quę Socraticis certent Epigrãmata chartis:
  Multiplicem vitijs impoſitura modum
Mox dabit hiſpani carmen ſublime triumphi:
  Pulſaq; ab occiduis numina vana locis.
Cinge tuo Andinas Uati pia Mantua lauros
  Seu pede. Cadmea ſeu notat ille manu.
At tu tantarum fautor iuſtiſſime laudum.
  Ut tua: qui ſummi carmina vatis amas:
Hunc tantum placido. ſophię Decus: aſpice vultu
  Capreole: auſpicijs exerit ora tuis.
Nam quid opus clypeo: ſacris ꝓcul omnis abeſto.
  Zoilus: in ſanctos nil mala lingua poteſt.
Gloria viuenti comes inuiolata. ſepulto
  Atria cęlicolum meta laboris erunt

τελοσ

[illegible]


LIBRERIA RELIGIOSA GUICCIARDINI

Baptiste Mantuani vatis eminentissimi opus insigne

de mundi calamitatibus, earumqʒ tum causis, tum remedijs.

Aliud eiusdem contra poetas impudice loquentes opusculum perelegans



¶Ad Petrum Bononium. T. Vlsenius

Uam similis magno frater Baptistę Maroni est
Una eadem ambor patria plectra docent
Siue hic bucolica pastoria pinxit auena
Herois elegos inseruit ve sonos
Siue sub horrendos describat Marte furores
Seu referat fidei sensa profunda pię
Cuncta maronę seruant vestigia musę
Si titulum demas illius esse putem;
Tu modo qui pręstas phrisio mi petre Melampo
Judicio an fallar doctior ede meo:

¶Ad. T. Vlsenium Petrus Bononius

Antua virgilio Baptistę Mantua vati
Est patria atq ambos carmina docta beant
Siue elegos seu forte canant arma horrida Martis
Cedere Callimachum, Meonidemq vides
Sunt similes fateor multum fidibusq canoris
Una eadem amborum plectra tonare puto
Hoc tamen vlseni prior est Baptista Marone
Quod grauiora suis versibus vsq canit:

¶ Fratris Baptistę Mantuani Carmelitę Theologi ad Reuerendissimum in christo Patrem ac dominum. D. Oliuerium Carafam Sabineñ Episcopū et cardinalem Neapolitanum De suorum temporum calamitatibus Liber primus foeliciter incipit

Ogimur istius mala tempestatis, et alto
Egressas erebo furias, turpiqꝫ fugatam
Uirtutem exilio ⁊ varias percurrere clades
Ob scelera imissas terris: artemqꝫ docere
Quę premat ętherei flagrantem principis iram
¶ Summe deum dicimus regnum cui terminat orbis
Cui rerum natura subest: cui militat ardens
Astrorum coeliqꝫ iubar: qui solus habenas
Fortunę fatiqꝫ tenes: sua victus Apollo
Postibus arma tuis offert plectrumqꝫ lyramqꝫ:
Quicquid habet delos: quicquid cadmeia Dirce
Quicquid inest delphis tibi dat. cynthumqꝫ Rhodumqꝫ
Omnis adoratę seruit tibi gloria Daphnes:
Est tuus Eurotas: Helicō tuus: ardua Cirrhe
Saxa tenes. tua nunc hederis thymbraqꝫ virenti
Ornantur delubra: tui perpinguia pascunt
Phocidis arua greges: ⁊ dulcia flumina potant
Dii veteres fugere: nouis altaria lucent
Ignibus: ⁊ nobis tua numina sola supersunt.
Et quoniam pulso solus potes omnia phoebo
Huc ades: ⁊ fragilem duc ad tua littora cymbam
Ostqꝫ sollicitę stimulos ⁊ plurima vitę
Toedia perpessi iuuenile peregimus ęuum:

Ocia:et antiqui finem sperare laboris:
Fas erat:et fessę post longa pericula puppi
Littoris ⁊ mitem portus optare recessum
Sed pater vtilibus qui temperat omnia curis
Robur et assidua vires firmare palestra
Cogita. ⁊ nobis quibus ętheris annuit arcem
Desidiam sommūqꝫ negat:ne scilicet annis
Dulcibus ⁊ segni mens eneruata quiete.
Langueat:et torpor lentos effęminet artus
Torpor em̄ coeco vapor est egurgite surgens
Somniferę lethes:nubem qui intexit opacam
Sensibus humanis fideiqꝫ obliuia sanctę:
Securas igitur ne vincat inertia mentes
Tempora continuis foecūda laboribus adsunt
Ecce repentino surgunt horrentia motu
Pręlia terribilem quatiens Mars ferreus hastam
Armato rigidum lateri circumligat ensem
Stat sonipes picto lumbos ⁊ pectora tergo
Cinctus.et ętate frontis splendore superbus
Accincti gladijs pedites:quibus ęrea fronti
Tegmina pretentis vibrant vmbonibus hastas
Coritosqꝫ ligant humeris:villosa sagittas
Tergora:et hirsutas rostrant hastilia vulpes
Perqꝫ foros cursant nautę:stipantqꝫ liburnas
Arma rates:clypeis circumpendentibus altum
Tollit prora caput:rostratas ⁊ ardua puppes
Pone trahit classis:suspensaqꝫ carbasa ventis
Crispat: ⁊ accensi pugiles molimine magno
Inter etes malos silices ⁊ ferrea sursum
Tela vehunt.resonant funes:aiosa iuuentus

Aerataſq; ſudes: ⁊ curue cuſpidis vncos
Aptat: ⁊ ardenti comes it bellona gradiuo:
Sicut in actiaco grandi ſub leucade ponto
Littus ad ambracię. forti cum milite cęſar
Chaonio phariam diſiecit in ęquore claſſem
Seu quādo ionijs vulcania fluctibus aetna
Europę libyęq; duces concurrere vidit
Scilicet auſonijs alacer cum Regulus ibat
Nauibus excelſi ſulcans vada lata pachyni
Et patrijs contra bellans pro legibus Hanno
Saxa relinquebat fatis lilybęa ſiniſtris
Bellandi cupidę coeunt in prelia gentes
Depoſitiſq; vacant inculta ligonibus arua
Undiq; ſurgentem ſpargit vaſa fama tumultum
Arma procul colliſa ſonant: clangore minaci
Martia furentes accendunt claſſica pugnas.
Quod ſi florentes iſtis in ſyrtibus annos
Aegimus ⁊ tanto iuuenes ſudauimus ęſtu
Quid non triſte putas feret erumnoſa ſenectus?
Ipſa tremens artus: teretiq; innixa bacillo.
Hiſpida macra: breuis: canis rugoſa capillis:
Caligans oculis/ curuato in pectora tergo
Iam pperat: ſequitur celeri mors pallida greſſu
Heu fruſtra faciles curſus auramq; ſecundam
Fruſtra expectamus: nos implacata charybdis
Proijcit in ſcyllam: ſcyllę de vortice raucos
Nos rapiunt ſyrtes: iterumq; rotamur in hoſdem;
Aequoris inſultus: ſcopuli: vada: ventus ⁊ vndę
Semper ⁊ aduerſis in funera currimus aſtris
Et nihil eſt aliud cultis Adamus in hortis

Quam primi sine fraude dies, cum libera nulli
Pectora mœrores agitant: syncera voluptas
Impolluta quies animi cum dulcibus annis
Primeue fugiunt vite: mox asper acutas
Signit ager sentes: ꝛ noxia semina profert
Namqꝫ vbi leta cessit lanuginis etas
Sollicite subeunt cure: trepidiqꝫ pauores:
Et labor insomnis dubijqꝫ per omnia casus
Bella cient itale gentes: nec barbarus hostis
Queritur. insultans nostris qui finibus instat
Inter se certare parant: ꝛ foedere rupto
Conuertere rigens in mutua vulnera ferrum
Quosqꝫ peregrini dños concordia mundi
Fecit in ambiguam regno de paupere litem
Compulit infauste genitrix discordia pugne
Hec vrbes eadem vesania coepit Achaeas
Quom caput Emathij proles animosa tyranni
Extulit. aduersus celebres lacedemon Athenas
In lacedemonios ibat thesea propago:
Totaqꝫ subuersis titubabat grecia rebus
Dumqꝫ fauent regni cupido: dum foedera iungũt
Cum duce foedifrago: dum sese copulat hosti
Alter in alterius damnum. commune coegit
Ferre omnes fortuna iugũ: ꝛ parere tyranno
Nec genus Ausonium (tanta caligat herinne)
Italie similem videt impendere ruinam
Luce caret. nescitqꝫ diem: secumqꝫ tenebras
Crimen agit: noctemqꝫ animis inducit ꝛ vmbram
Proptera ammisso scelerate lumine mentes
Uenturam non ante putant quam venerit iram

Quod si coniunctis in prelia viribus irent
Hesperie gentes non obluctantibus astris
Non prohibente deo sed opem viresqꝫ ferente
In vetus imperium possessaqꝫ regna redirent
Seruirentqꝫ iterum tusco lata equora tybri:
Sperchiusqꝫ pado: nostris Erymanthus ꝛ othrys
Collibus: ꝛ latium trepidaret barbarus ensem
Preda nec essemus totiens: nec thracius hostis
Per phryges ꝛ colchos capteqꝫ per helladis oras
Duceret in celebres insignia nostra triumphos
Ciuiles rixas ꝛ bella domestica nostri
Non reges tantum atqꝫ duces. sed milite mixto
Dum picena fugax populatur littora turcus
Arma sacerdotes diuoꝝ altaria circum
Ferre preces soliti tollunt: paciqꝫ repugnant
Qua sonat angustum scylle latratibus equor
Quaqꝫ syracusio circundatur insula ponto
Insula ciclopum libye porrecta sub axem
Feruet Martis opus calabros ꝛ iapygis vrbes
In pugnam bellona vocat. rapiensqꝫ superbam
Aegida gorganeos pectus circumligat angues.
Et qua nubi feri medio pro limite montes
Stant itali Galliqꝫ soli. nouus arma tumultus
Cogit ꝛ indomito fulgentes aere cateruas
Causa mali caput etrusce Florentia gentis
Ausonieqꝫ decus. summi violare ministros
Ausa patris demens. sacrumqꝫ haurire cruorem.
Ipsa quoqꝫ indomiti genitrix Ferraria belli
Preteritas auxit clades dum ferre recusat
Imperium. venetoqꝫ negat parere leoni

Adde quod aspectu coeli viciata maligno
Arma negant victum. pingues iactata per agros
Semina vel pereūt vel inanes culmus aristas
Erigit: et tristi messor ligat ordea fronte
Si foecunda ceres aut leti viribus agri
Aut hominum studijs vsquam fuit: inuida grando
Pulsa per aereos magno cum murmure tractus
Impellente noto strauit: longosq̧ labores
Perdidit: τ niuibus cererem glacialibus hausit:
Et padus ingentes voluens ex alpibus vndas
Insubrum venetumq̧ domos penetrauit: τ omnis
Aggeribus fractis agri vastauit honores:
Nec ripis tantum: sed τ ipsis altior ibat
Arboribus: salicum ꝑ summa cacumina nautis
Cursus erat. fugit prothei pecus omne ꝑ agros
Altaq̧ montanę petierunt ęquora nimphę:
Sicut cum bellis olim ciuilibus vrbes
Arserunt Italę: cum Cęsaris arma superbi
Inuasere lares patrios gentemq̧ latinam:
Mira canam τ nostris fortasse nepotibus olim
Non factura fidem Benaci sparsa per agros
Tanta locustarum nubes: vt pinguia passim
Pascua τ extortas segetes nemorumq̧ decorem
Temporis exiguo tractu consumpserit omnem
Nec poterat sumptis hominum solertia telis
Fatales arcere feras: Caua tympana latos
Implebant strepitu campos: nec territa tanto
Dira lues sonitu herbarum radicibus imis
Morsibus hęrebat: vicina per oppida postq̧
Rumor ijt Capere arma viri. concurrere turbę

Ad commune malum: tanq̃ nouus itala cimber
Regna premat. Tandem multo vix tanta labore
Illuuies longis vix est consumpta diebus
Dura fames igitur tristes populata colonos
Seuit: & exhaustis languescunt corpora venis
Vulgus inops macie affectum squalensq; per vrbes
Poscit opem frustra. & sensim vitalia membra
Victa cadũt: siccasq; premunt ieiunia fauces.
Nec patres natis nec nati patribus adsunt:
Tanta per humanum genus inclementia regnat
Non libycę segetes non pinguibs appula campis
Hordea non phrygijs. succurrunt gargara sulcis
Sed minus hinc damni: minor hęc ęrumna: dolorq;
Mitior: infoelixq; minus fortuna sequetur
Hic paucę sat erunt lachrymę: crudelior alter
Communem ingenti pariturus strage ruinam
Hostis adest. nostręq; rati grauis ingruit imber
Qua Rodani voluuntur aquę: qua frigida rheni
Teutonicas fert vnda rates qua perluit agros
Insubres venetosq; padus. qua diues ab alto
Vertice subiectos speculatur Brixia campos
Occultum pluit ex alta deus arce venenum
Et qua tiresię pulcherrima filia nymphas
Colligit humenti gremio lateq; recedens
Littus harundinibus cingit viridiq; papyro:
Quaq; patens longe fluctu sonat adria vasto
Ultrices mors atra manus exercet. et altis
Tabe madens sparsam cędem componit aceruis
Qua fluit etrusco surgens vetus albula fonte
Romanasq; inuisit opes & regna quirini

Qua gelidis sonat armis aquis. qua magna potensq;
Imperat aemilio vicina Bononia rheno
Imbelles acresq; viros senium atq; iuuentam
Pallida mortifero pestis grassata veneno
Sternit humi. fundamq; rotans e turribus altis
Ardentes papulas iaculatur. & vlcera diris
Cladibus. & penetrat flammantibus inguina telis
Huic tumidum guttur virus leuat. ille sub alis
Fata gerit: qua longa humerus se in brachia curuat.
Alterius patulas aures arsura parotis
Suscitat occultum longis sub crinibus ignem:
Attonitumq; caput feriens vitalia membra
Occupat: atq; vias mors vna perambulat omnes
Extollitq; caput qua cursum fatifer humor
Sistit: & horriferum sensim. durescit in orbem
Id crudele genus necis hoc immane feroxq;
Supplicium. hęc stigio rabies egressa profundo
Perq; domos humiles perq; alta palatia regum
Sęuit & occultis miseros ferit ictibus artus:
Ut quando. incauti vicio pastoris ouile
Incustoditum nox intempesta recepit
Si lupus hesternę patiens ieiunia lucis
Sollicitusq; fame fuerit perlimen apertum
Adsolas in gressus oues non mitigat vnum
Ingluuiem funus: sed multa cęde madescit
In totum sęuitq; gregem: sic acre venenum
Insontes sontesq; modo prosternit eodem
Iamq; cadaueribus desunt loca iuncta sacratis
Aedibus: effossa passim tellure profanis
Conduntur tumulis. inhonoratisq; feruntur

Funeribus: dictu horrendum: visuque tremendum
Preda feris inhumata iacent: et tabe fluenti
Circumstans tetro locus incestatur odore
Qua triplici conclusa pado Ferraria longis
Cladibus atteritur. dominorum corpa passim
Pascuntur per rura canes: aquileque rapaces
Effodiunt duris hoim caua lumina rostris
Intestina ferunt volucres: et in arbore summa
Exta patrum suspensa diu videre nepotes
Membra pater vix egra trahens dum frigida condit
Corpora natorum clauso nondum ore sepulchri
Labitur ipse sup sua pignora: Crebra suorum
Sola domo vacua mater dum funera plorat
Cum lachrymis aiam tenues exhalat in auras
Multi ante occasum vite vicina scientes
Fata sibi: condique suas tellure volentes
Relliquias fodere solum glebisque sub actis
Sacrato viui se composuere sepulchro
Rura silent: vacueque suis cultoribus orbes
Jura fori clamosa tacent: per compita surgit
Gramen: et extinctis non lucent ignibus are
Nec solitos cantus nec odores templa sabeos
Accipiunt. squalentque domus: muta omnia moerent:
Qui superant cladi: superum quibus ira pepercit
Coguntur miseri sua dulcia limina ciues
Linquere: et in mediis tentoria figere campis
Sicut per libycos solet armentarius agros
Ferre larem. secumque suos vectare penates
Vidi ego pertacitos saltus: et in hospita lustra
Mole sub excelsa silicis curuoque sub antro

Monticolas habitare viros: et gramine pasci.
O superi loca qui tuti secura tenetis
Si scelere offensi nostro tam dira mouetis
Prelia: sat veteres tam multo funere culpas
Sat longo luimusqȝ metu: iam parcite: saltem
Relliquias generis semenqȝ relinquite nostri
Non animi tm̄ gentis cecidere latine
Cum romana ferox circum capitolia gallus
Barbaricis trepidam pulsans clamoribus arcem
Diceret euerse frustra succurritis vrbi
Romulide: regni et vite postrema dies hec
Uel post cannensis lachrymas et funera pugne
Quando quirinales aquilas fascesqȝ superbos
Ad tyrias iam se laturum crederet arces
Annibal insultans victo iuueniliter hosti
Et mox ex alto bellorum culmine pulsus
Languit aduersis fatis et marte sinistro
Non tanto tremuere metu precordia graium
Xerris in aduentu. monuit cum delphica rupes
Non muro non arce dari sed naue salutem
Nam ita mosee quondam miracula virge
Horruit attonito memphis turrita colono
Ipse quoqȝ in siluis et vallibus apoenini
Exilem ducens tecto sub paupere vitam
Delitui qua templa petit romana viator
Et qua flaminios fugiens Claterna per agros
Ducit ab angustis vndosum vallibus amnem
Arce sub Ociani. nostris vbi dicta camoenis
Tecta Refrigerius sublimi in colle tenebat
Non fuit ausa magis nec clade nocentior ista

Romuleam pestis longo quę funere plebem
Diripuit, quando veniens Epidaurius anguis
Jonios circa fluctus in regna quirini
Abstulit aerium virus: qui postea templa
Juncta ioui tenuit: bifidum qua diuidit amnem
Jnsula ianiculum dirimens a collibus vrbis

¶ Cōmunes calamitatum causę

S
Eu superum sic ira velit seu noxius ardor
Aetheris aerios infuso lumine tractus
Jnficiat: seu sola ferant contagia morbum.
Seu dum longa fames hominum ieiuna coegit
Ora cibis vesci indignis: escaque nocenti.
Jmpurus per membra fluens vitalia sanguis
Putruit. & dirum subiens pcordia virus
Jnferat occulto pperatam vulnere mortem
¶ Unde malū surgat nō est dignoscere promptum.
Jpse tamen reor has omnis concurrere causas
Et coniuratas percusso foedere diuum
Astroꝝ terręque simul concurrere vires
Sicque hoim genus haud vna obsidione teneri:
Et nobis elementa necem superosque minari
Nec mirum qn̄ lōge' grauiora meremur
Supplicia: & longe asperiori verbere cędi
Quippe vbi nec supeꝝ pietas, vbi nulla tonantis
A scelere humanas prohibet reuerentia mentes
Et virtus vicio vrgenti dare terga coacta est
Jra patris diuum fremit indignata: furensque
Euocat ex altis erebi fornacibus atram
Progeniem: horriferę genus implacabile mortis
Et terras permittit agi phlegetontis habenis

Plutonisq̃ premi imperio. de tristibus orci
Sedibus egressa aetherias noua mõstra sub auras.
Inuadũt hoĩm coetus. ꝛ inertia flatu
Pectora letifero feriũt: it frigida tabes
Ad viuũ penetrans aĩos: perq̃ intima corda
Imbibitum virus postq̃ concluserit omnis
Ad ꝯtutẽ aditus: hoĩes impellit ꝛ vrget
Quo stygię iussere canes quo ditis auari
Spiritus inclinat: primi quo criminis auctor
Mõstrat iter latũ: placidaq̃ tyrãnide regnat.
¶ Hic iuuat imanes erebi monstrare figuras
Tartareũq̃ genus sub apertũ ducere coeli
Lumen: ꝛ occulti reserare latentia mũdi
Monstra: venenoso pauit' que lacte megera
Cerbereiq̃ canis spumis ꝛ sanguine lernę
Me ꝑcor assuetum mites errare ꝑ vmbras
Grynei nemoris vestrisq̃ sonantia rura'.
Cantibus ꝛ gressus mõ per fera mõstra ferẽtem
Intactũ seruate deę: furiale ꝑ agmen
Este pio vati comites. moresq̃ docete
Infandos stygię gentis coelũq̃ perosę
Iam mugire solũ coepit: iam nubibus aer
Pallet ꝛ infernis surgũt afflatibus vmbrę
Nigrescitq̃ polus: mõstris exterrita lampas
Fert retro phoebea gradus: auditur ab antris
Clamor. ꝛ omnigenum rabies confusa ferarum

¶ Monstrum primum Superbia

e Uolat horrisono rapidi phlegetontis ab amne
Ingentia alarum stridente superbia ductu
Sic illam dixere: super quia cetera sese

Tollit: ⁊ extento socias supereminet ore
Omnia conuoluens: caeca de sede baratri
Crimina nigrantem post se trahit oia pompam
Huius ab ardenti virosus anhelitus ore
Fumat: ⁊ obscuris oriens a faucibus humor
Defluit: hippomanen aconyta canisqꝫ virentem
Tenarij spumam superans. omnemqꝫ veneni
Mortiferam rabiem: stygij fex ima profundi
Se superꝫ genus esse putat. veterumqꝫ deoꝫ
Semen ⁊ a magno se iactat Apolline natam.
Ardua frons: vnoqꝫ oculo stellata rotundi
Circuitus: medioqꝫ sedens in luminis orbe
Descendit spacijs equalibus vndiqꝫ centrum
Hoc insigne patris phoebiqꝫ ardentis imago
Difficili vultu graditur gestuqꝫ maligno
Innocuos mitesqꝫ animos irridet. ⁊ odit
Quem vidit eternis illustrem laudibus: altum
Per virtutis iter veri concendere honoris
Culmen. ⁊ ad superos niti coeloqꝫ propinquum
It grauis ⁊ raro incessu vestigia profert
Strimonie de more gruis que semina campis
Iacta legens. eque tepido sub sidere libre
Si vicina ferat gressum per rura viator
Tela ferens arcum ve manu caput ardua tollens
Clangit. ⁊ ingenti mouet internodia passu
Paulatimqꝫ viam suspenso gutture carpit
Ut bellator equus domini frenatus habenis
Ostentans pectus latum ceruice sub alta
Quum glomerat bibulo lentos in puluere gressus
Nunc hac nunc illac oculos ⁊ colla retorquens

Spectari gaudet libyeosq; equare leones
Viribus.albanos ve canes dum se putat auras
Colligit:et latis imitatur naribus eurum
Non secus hec rabies ventoso inflatior vtre
Quū graditur vibrans alterius motibus armos
Ardua sublate circūfert lumina frontis
Vanaq; proceri miratur corporis vmbram
Et tacitis ardens curis sublimia semper
Mente agitat:tumidoq; seret sub corde venenum
Contemptrix inopum:vultus elata seueros:
Inflatoq; rotans turgentia gutture verba
Ferre nequit iuga:maiorem indignata paremq;
Imperia vsurpat:regniq; libidine feruet
Immansueta:ferox miseris aduersa:minaxq;
Mitibus:elatis contraria:nescia pacis:
Nescia amicicie:rixarum ₇ litis origo:
Dura:ingrata:duplex aīo:violentia:rebellis
Improba:quid pietas quid sit clementia nescit:
Perfida fedifragam dubio sub pectore mentem
Versat:ab excelso fugentia culmine semper
Saxa mouet:laudum semper vesana libido:
Sollicitum pectus curis flammantibus vrget
Nec vite ratio nec opum nec honoris:in omne
Sponte scelus preceps ruit implacabile monstrum
Hec hoīm suprema lues:immane ferumq;
Threicio facinus potuit suadere tyranno
Asper vt horrenda cumulans presepia cede
Semineces artus hoīm fumantiaq; exta
Intulerit stabulis:et equis epulanda virorum
Corpora que infami hospicio laribusq; pphanis

Occultus pacem simulans admiserat hostis
O scelus dira inuisę spectacula fraudis
Luminibus toruis quotiens capita alta leuabant
Thraces equi grandes humano sanguine pasci
Et capita ꝛ teretes pendere extra ora lacertos
Crura ve confractis genibus crinis ve cruentos
Uidisses sanie a mento per lata fluente
Pectora: sub grauibus contrita cadauera malis
Fractaqꝫ sub duris crepitabant dentibus ossa
Strimonius meminit Nestus: scit bistonis vnda:
Traxit idumei genus hinc vecordia regis
Quem magus ardentis coeli noua signa secutus
Admonuit venisse deum Nisi cęca superbi
Pectoris ambitio mentem fecisset opacam
Isset ad infantis sancta incunabula christi
Deposito fastu: sed mens inflata fauore
Cesareę gentis longoqꝫ tyrannidis vsu
Est ingens meditata nefas: nec prisca parentum
Secula par videre scelus: nec longa videbit
Posteritas. per rura furens galilęa satelles
De tepidis matrum sinibus lactentia vulsit
Pignora: membratimqꝫ secans: lata arua cruore
Imbuit innocuo. matres vlulare per agros
Audiuit montana Rachael: vicinaqꝫ fonte
Flumina de duplici ducentia nomen ꝛ vndas:
Hinc est orta lues: quę thracia regna vetusqꝫ
Grecorum imperium vertit: Bizantia regum
Urbs opus constructa: mari ꝑtenta: duobus
Aegeo euxinoqꝫ fretis stipata sedebat
Sceptra tenens: quo qua gurgite bosphoros vndam
Colligit: hanc scythica irrumpens Otomanus ab arcto

Insidijs captam ferro violauit ꝛ igni
Arx erat Europes: ꝛ inexpugnabile quondam
Romanę fidei vallum Machometica contra
Arma minas asię frenans libyęq; tumultum:
Hęc scelerum dux atq; parens sublime nitentis
Imperium cœli summamq; ambire tonantis
Ausa potestatem quantum tentauit in altum
Surgere: tenarios tantum descendit ad amnes:
Cuius ob ingentem tellus concussa ruinam
Cessit: vt in latices Cautem si miseris: altum
Pandit iter: molemq; sinu capit vnda capaci
Sic percussa grauis monstri se pondere tellus
Dissecuit gremiumq; alto patefecit hiatu.
Sicut adrasteis cum vatem absorbuit agris
Campus: ꝛ armato percussit tartara curru
Seu quando inferni caua guttura Curtius antri
Clausit: ꝛ elysios tremefecit pondere campos:
Uel quando electę primo sub iudice gentis
Terre Corem sociosq; altum demersit in aluum
Antra igitur grandi laterum sinuata recessu
Inter se ripis summo coeuntibus ore
More pilę quotiens vento consurgit in orbem
In latos abeunt curuati fornicis arcus
Fitq; ingens domus vmbrarum pręcepsq; baratrum
Illic sulfureos incendia nigra liquores
Lambunt ꝛ dubium quasi prima crepuscula lumen
Spargitur: ꝛ tristi caligant tartara fumo
Hic sunt lugentes mortis domus impia campi
Regnat vbi scelerum lachrymoso in carcere mater
Exercens poenis animas claudicq; tenebris
Indignata fremit: clauso ceu nubula vento

Cum piceas frangunt clamosa tonitrua nubes
Hęc est quam veteres dicunt phoethonta poetę
Aetherios docti cursus causasq; latentes
Ignibus ęternis. sol est qui corda superbis
Incendit stimulis: tumidosq; in pectora fastus
Mittit: & impatiens figit sub corde venenum
Propterea ex alto labentem cardine fingunt
Audacem aurigam fractisq; per aera loris
Solus equos caput Eridani mersisse sub vndas
Ad superos exit quotiens pater arduus alto
Annuit a solio. & latum imperiosa per orbem
Bacchatur: supraq; suas temeraria vires
Audet. & infausto ammittit conamine vires:
Scilicet omne deo contra nitente superbum
Euanescit opus. sicut cum surgit in auras
Eructantis aquę fluctus. mox vertice presso
Decidit. & spumans alto demergitur amne
Atq; humiles inter sine nomine pręterit vndas
Hoc docet allophylus. solymę qui verbere fundę
Deposuit fontisq; minas animiq; tumorem
Ibat ẽm solo auxilio thoracis & hastę
Non ope diuorum non vllo numine fultus
In pugnam. paruumq; minax dauida superbo
Ne quicq; terrere sono concitus in ensem.
Dum surgit. misso per ferrea tempora saxo
Corruit. & toto diffusum ingere corpus
Mirati stupuere hostes. turpiq; dedere
Terga fugę. paruoq; gigas cadit ictus ab hoste
Sic quoq; delusus curru iouis ęmulus alto
Aerea conuexi scandens curuamina pontis
Flammiferumq; rotans alphoea p̄ oppida fulmen

Occidit:et casu Eleam pterruit vrbem:
Hęc docuit phlegyas genus execrabile coelum
Spernere:quos tethys vltricibus abstulit vndis
Hęc quoqȝ niliaco regi cum nescia roris
Terra diu solitas fruges victumqȝ negasset
Sanguine psuasit placari numina fuso
In superos eadem natos armauit Aloei
Qui domitum grauibus Martem tenuere cathenis
Sit satis hęc libasse:alijs memoranda supersunt
Plurima maiori scelez de principe cantu:
Andiui:gemuit tellus .turbatur auerni
Janitor:ecce niger nebulę globus exit opacę
Jam turres regumqȝ domos abscondit ⁊ vrbes:
Exhalatqȝ grauem mox importuna mephitim
Jte procul mites animę.quę dulcia pacis
Ocia:quę superos:quę coeli queritis arcem
Ne funestus odor:ne vos contagia lędant
Viperę prolis.clausis abscondite valuis
Atria.progenies nigri dum pręterit orci.

¶Monstrum secundum Jnuidia.

l Juor edax tristi surgens Acherontis ab amne
Pallidus.⁊ moesto demissus lumina vultu
Obliquumqȝ tuens.rebus gaudere secundis
Nescius. aera virum claris signata triumphis
Dente terens.tardoqȝ mouens vestigia passu
Murmure nunc tenui nunc fulmine vocis aperto.
Percutit insontes.bona vultu aliena maligno
Jngemit.aspiciens.⁊ felle grauatus amaro
Tabescit.quocunqȝ ierit teterrimus oris
Spiritus.agrorum virides interficit herbas.
Cętera nonnullis parcunt. certisqȝ venena

Graminibus magicaq; solent mitescere lingua'
Pontica magnanimum celebrant medicamina regem
Quę fatis obstare ferunt: his ille solebat
Virus & occultę insidias cōtemnere mortis.
Tangere cęrulei squamas & colla draconis
Phasias ausa fuit tantum Medeides herbę
Virgineęq; preces poterant: Hecatesq; liquores
Marsus in ausoniis vmbrorum vallibus inter
Serpentes impune cubat. libyeq; per agros
Qua steriles versant nigri garamantes harenas
Non metuunt psilli colubros. non sęua neparum,
Spicula non hydri morsum: non aspidis horrent,
Hęc fera lerneo rabies maculata veneno
Omnia depascit. nullos innoxia nullos'
Preterit illesos: nulli mansuescit: in omnes
Inuehitur: quod agit non est: sanabile vulnus
Non Amythaonii prodesse Melampodis vlla
Carmina: thessalicis non lectę in montibus herbę
Phillyridę manibus: non Coi sancta magistri
Pharmaca sufficiant: clarę ue Machaonis artes.'
Non genitor stygiis lacerum qui traxit ab vndis
Hippolytum: non phoebus auus cui prima medendi est
Gloria: lętali poterunt succurrere morbo:
Quem iuuat istius varias cognoscere fraudes
Et per aperta latens deprehendere signa venenum
Multiplices casus & longa pericula cernat
Fatidici iuuenis: qui dum presaga parenti
Somnia narraret fratrum liuore sub altam
Actus humum pharias tandem migrauit ad arces
Huius vt infectos genitor cognouit amictos
Et pueri tunicas mendaci cęde rubentes.

Heu fera clamauit dulcem seuissima natum
Abstulit ⁊ luctu canos confecit amaro.
Aspice contorto Saulis conuicia telo
Inuidiaq; satos inter conuiuia planctus]
Et dauida inopem comitum cum paupere turba,
Ire per abruptos deserta cacumina montes
Et certam nescire domum: regemq; sub antro
Deprehensum: potuit seruo mitescere: si non
Intima tabificus viciasset pectora liuor.
Quid referanda primos discordia semina fratres?
Et scelus? ⁊ campos germana cęde madentes?
Pretereo vatem: nigri quem spiritus orci
Perculit ⁊ tristi clausit babylonia circo
Ipse diu ieiuna iacens ante ora ferarum
Atq; famescentes animalia sęua leęnas
Indomitum fregit superum pietate furorem
Pretereo pulsum patria reducemq; Camillum
Rapta panõpheo referentem signa tonanti
Quis furor ingratos dux prestantissime ciues
Scypio? quę fortuna tuam tulit aspera mentem'
Ut post euersas tyrię carthaginis arces'
Partaq; bellando libyce cognomina gentis
Cum tua consilijs esset melioribus ętas
Utilis ⁊ vires ad ciuica munera promptę
Iura fori ⁊ cines ⁊ amatam liqueris vrbem?
Num monuit pietas virides seruata per annos
Publica priuatis preferre negocia rebus?
Causa mali liuor: suffusa lingua veneno
Tot clara inuictę molita extinguere laudis
Facta: tot egregia partos ꝟtute triumphos;
Qui rigidos enses: qui ferrea bella subegit

Exul ob inuidiam patria migrare relicta
Cogitur: & duros inter versatur agrestes
Ad cereris conuersus opus moresque parentum
Qui pelusiacę seruant cognomina lentis
Et quibus illustrem fecere legumina famam
Triptolemi curauit opes imitatus Osiris
Alcinoique senis studium ceu postea magnus
Cęsaris & sceptri posito splendore diocles
Hortorum didicit cultus. incidere vites:
Atque piri secto malos infigere trunco
Quo fit adoptatis lignum bis fertile ramis
Humectare solum riuis ferroque bicorni
Pectere luxuriem terrę. redolentia sulcis
Gramina virgineos induta rosaria vultus
Lilia. narcissos. violas. flentes hiacynthos
Purpureisque crocum folijs. menthamque thymumque
Pangere & innocuis vitam traducere curis
Unde viro forti damnum parat inde salutem
Gignit: & ipse suo cadit ictus vulnere liuor
Pluribus excelsa vel opum vel honoris ab arce
Profuit ad modicę sortis cecidisse quietem
Sicut enim quando rutilat noctemque rubenti
Ore fugat carbo. in cineres atramque fauillam
Soluitur extinctis si cesserit ignibus ardor
Secula nulla timet: sic mens humana superbo
Tabescit fastu: rebusque elata sequundis
Torpet. at exacto viret euigilatque tumore.
Inceptum repetens iter: miremur auerni
Militiam. famis & morbi pugneque parentem
Zoilus his actus stimulis hoc parcitus oestro
Inachis & quondam populos cum venit ad hosdem

Diuinum audaci dum carperet ore poetam
Seu smyrnę seu meonij Colophonis alumnum
Regis ad imperium. pino suspensus ab alta
Tristia niliace fecit spectacula plebi
Sic pereat: quicunq3 pios auferre labores
Nititur: ⁊ sacro vatum non parcit honori.
Cętera dicturum super his crudelis imago
Terruit immanis monstri venientis ad auras
Impete cum magno: lusis per terga colubris
Circum equitant dñam furię: manibusq3 flagella
Uincula: flammiuomasq3 faces ⁊ sanguine tincta
Tela ferunt. vehitur plaustro stridente supellex
Martia: lorice: clypei. galeeq3 micantes
Conorumq3 iubę: strepitusq3 auditur equorum
Et procul hinnitu campus sonat omnis acuto:

Monstrum tercium Ira

i Ra minax: odijq3 parens: mauortis alumna:
Secum agit indomitum stygia de sede furorem
Stentorea qui voce tonat: qui gutture lato
Fulminat: ⁊ rauco resonans clamore fugacem
Pantagiam superat: mugire tonitrua dicas
Horrificaq3 fremens ęratas voce cohortes
In rigidos enses alternaq3 vulnera mittit.
Sanguinolenta graui vibrans hastilia ferro
Bella ciet: rixasq3 mouens: hostemq3 lacessens
Labra manusq3 tremit: scintillant lumina toruis
Fulta supercilijs strepit ⁊ conuitia iactans
Bacchatur. si forte aliquo nequit obijce pœnas
Sumere: vindictas in idonea tempora differt
Fitq3 odium. quod longa fouens incendia pectus
Urit: ⁊ accensis lambit pręcordia flammis

Nil pensi nil mentis habet: cito mobilis .expers
Consilij. volat in pugnam: retinacula rumpit
Lege modoqꝫ carens: rabido stimulata calore
Non ignes non arma timet: flammantia tantos
Pectora concipiunt accensi sanguinis ęstus:
Quo ferat immanis furor ⁊ grauis impetus irę
Fabula testiadę priscis monet eruta chartis
Cum ferus Oenides aprum Calidonia rura
Vastantem premeret procerum socialibus armis
Auxilijsqꝫ canum spumanti concitus ira
Fulmineoqꝫ fremens ętholia per agmina dente
Irrumpebat aper: non illum densa virorum
Turma nec hinnitus celerum tremefecit equorum.
Strenuus arrectis hirsuto tergore setis
Flammiferis oculis syluas ⁊ retia rumpens
Qua furor vrgebat rapido per spicula cursu
Perqꝫ canum rictus venabulaqꝫ ipsa ruebat
Non secus hęc rabies ardenti percita bile
Luminibus cęcis per aperta pericula fertur
Felsineos totiens ciues in dira coegit
Excidia: ⁊ furijs trepidam inuoluētibus vrbem
In ferrum ruere: atqꝫ securibus ardua tecta
Detrahere ⁊ patrios flammis violare penates
Compulit: antiquosqꝫ patrum delere labores
Seu postqꝫ domitis scelerum ceruicibus auctor
Occidit: ⁊ rutilos Serrę concordia dentes
Signa tulit primis populus cum patribus alte
Defixis vrbana quies radicibus hesit
Atqꝫ gradu semper mansit respublica firmo
Hęc eadem rabidum conuulso pectore syllam
Ora cruentatum furibunda animamqꝫ vomentem

Sacrilegam celeri rapuit sub tartara fato.
Uiscera natorum manibus lanianda paternis
Præbuit alcides quom lusus imagine falsa
Sanguine foedauit læta dulciq; fruentem
Pace domum. fuit ira virum quę lusit imago
Ira draconigenas acies Cadmiq; nepotes
Fraternasq; manus alterna cęde rubentes
Implicuit longis bellorum ambagibus: ira
Diruit excelsas vrbes atq; inclyta quondam
Oppida: regalesq; domos euertit abactis
Ciuibus. aerias turres deiecit: & arcus
Clara triumphales veterum monumenta laborum
His accensa facis italos pulcherrima regna
Et magni specimen mundi vexare coacta est
Barbara feuicies & inhumani fera vulgi
Colluuies Roma indicio est Syllanaq; tuscis
Urbs diuisa vadis: nec non regina caputq;
Etruscę quondam modo sola Bononia gentis
Et vetus aprico recubans in culmine Derthon
Cuius adhuc extant vacuis vestigia campis
Semirutę moles lapidum fractęq; columnę
Uincula: singultus: lachrymas: suspiria: planctus:
Pallorem. vigilesq; metus: tormenta: crucesq;
Uerbera pestifero rorantia tela veneno
Protulit: atq; feris hominum crudelibus artus
Obiectans: varijs impleuit cladibus orbem
Huic multę exilio gentes aliena sequutę
Regna suis orbę patrijs. sic filia quondam
Tiresię gemini Manto post dura Cerontis
Seruicia. in venetis molita paludibus vrbem
Uixit: & extinctę sua nomina tradidit arci.

¶ Laumedontiadem teucrum salamina petentem
Expulit ira patris Quid te Neiphylas helle
Quid profugum memorem phrixum seuumqꝫ athamanta
Atqꝫ nouercales furias odiumqꝫ minasqꝫ
Adde miceneum poenas ⁊ funera regem
Matri intentantem. moestasqꝫ adamennonis edes
Atqꝫ sophocleo celebratos carmine planctus.
Adde phryges geminos antenora fluctiuagumqꝫ
Aeneam: ignotum decorantes moenibus orbem
Hos aliosqꝫ ire patrijs a finibus actos
Longa per exilia ⁊ casus misere sinistros
¶ Hac rabie succensa feram priameia coniunx
Induit: ⁊ duplici creuerunt aggere dentes
Longaqꝫ sub geminis surgentia narribus ora
Succensi mansere oculi: ⁊ truculenta minaci
Fronte supercilia: ⁊ latrans in pectore virus
¶ Quid memorem seue furias odiumqꝫ parentis
Que miseros nati flammis fatalibus artus
Ulta necem fratrum. ⁊ matrem se oblita cremauit:
¶ Uix ea finieram cum formidabilis ire
Castra sequens aderat stigijs noua belua signis
Ingenti comitata manu. mendacia tectis
Uultibus ⁊ trepide dubia sub imagine fraudes
Ignotisqꝫ doli sub vestibus agmen agebat:
In medio stipa ta graui regina tumultu
Tollebat nigra vmbrosam fulligine frontem:

¶ Quartum monstrum Philargyria.

a Uri sacra fames hec est: rerumqꝫ cupido
Improba diuitias amo: infinitus habendi
Hec nummi sitis ardescens immensa vorago
Tartareis emissa vadis imitata rapaces

Unguibus harpyas armataqꝫ grandibus ora
Dentibus in girum. quales quantosqꝫ elephanti
Aethiopes Indi ve ferunt: sinuantur in orbes
Et nodos in se rediens coma densa figurat
Tempora nec velat sed agit suspensa tumorem
Undiqꝫ surgentem nudaqꝫ recedit ab aure.
Nec solum vigiles obeunt hirsuta rotundo
Tempora circuitu. verum sub vertice cano
In cervice micant oculi ceu florea serta
Effigies veteri vultusqꝫ simillimus argo
Sed magis introrsum scrobibus subducta cavatis
Lumina discedunt: setosaqꝫ prominet atri
Sylva supcilij: macies squalorqꝫ per omne.
Corpus iners dicas monstrum: ꝛ vix ossib⁹ herens:
Sed geminis quotiens opus est ita nititur alis
Ui credas ferri boream zephyrum ve ꝑ auras
Precipitē ve Notum: lucri si nuncia fama
Surgat: vt acceptus nares odor imbuit auri
Elevat ingentes alas ꝛ lumine fixo
Uisa petens quicq̄d falcatis vnguibus aufert
Stulta suos nunq̄ꝫ venturum servat in vsus:
Sacra deum. sanctas leges. preclaraqꝫ gesta:
Scriptores rerum egregios celebresqꝫ poetas:
Qui procerum laudes chartis ꝛ nomina mandant
Et quicquid non auget opes aversa repellit
Sola iuvant que lucra ferunt sint cętera quanq̄ꝫ
Laudibus ꝛ precio dignissima. cętera sordent.
¶ Sicut hyperboreis rutilans in vallibus aurum
Gryphes amant. avidiqꝫ tenēt: vigilesqꝫ tuentur,
Unde nec vtilitas operę precium ve laboris
Sed metus ꝛ clades oritur: sic pectus anhelum

Peruigilis monstri grauiore cupidinis estu
Feruet opes cumulans: quas olim prodigus heres
Dissipet: et pingues ferat in conuiuia mensas
¶ Palla sinu lato ex humeris decurrit in imos
Lapsa pedes: manicę velant extrema capaces
Brachia quas vbi vult curuos demittit in vngues
Utitur his quotiens opus est vel fingere mores
Uel gestu simulare fidem vel fallere quenque
Seu furtum celare. manus leuis apta rapinę
Perfida mens nullisque potens mansuescere dictis
Indignas dignasque preces surda accipit aure
¶ Ut proiecta bouis detracto grandia tergo
Uiscera perspiciens oculis vel nare sagaci
Uultur edax. auido coruus ve famelicus ore
Conuolat ad resoluta graui conuiuia tabe
Sic ad opes aurumque cito sitis ista volatu
Fertur: et ad nudum spolians: fragmenta breuesque
Relliquias studiosa legit: gremioque recondit
Nec contenta bonis diuum quę munere tellus
Protulit in partem scelerum vocat astra deosque
Exercetque preces magicas. et consulit aras
Infernosque vocans manes altaria circum
Nocturnasque adhibet vestes: tetroque vapore
Orgia perlustrat: ducensque in puluere circum
Murmurat. et variis distinguit signa figuris
Extaque tyrrheno ritu scrutata requirit
Thesauros quę terra tegit liuentia plumbi
Pondera: et argenti globulos viuentis. et ęra
Artifici mendax vertit medicamine in aurum
Falsaque cum veris iungens cum doride bacchum

Cum gemmis fragiles hyalos. cum palladis imbre
Miscet Aristei succos z cerea mella:
Mentitusqꝫ nouas fuco errorem faciente
Confectis senio deludit mercibus omne
Turpiter emporium. lucriqꝫ libidine feruet
Et totos ac arte dies consumit z annos.
Utqꝫ dies tristi sic nox abit anxia monstro:
Nullaqꝫ pax vicio rodentibus intima curis
Pectora nulla quies: post turpia lucra diurnę
Fraudis z exlegem questum: si lumina somnus
Occupat z duro furatur membra labori
Pictis imaginibus formisqꝫ fugacibus astat
Morpheus z varijs fingit noua vultibus ora
Uanaqꝫ sopitos ludunt insomnia sensus
Nam rerum tenues vmbras simulacraqꝫ seruans
Lubricus assiduis vt fluxibus ambulat humor
Et nunc summa petens repetat nunc ima relapsus
Antra cauernosi capitis rigat: itqꝫ reditqꝫ
Nunc iter obliquum sinuans: nunc tramite recto
Fertur. z ipse sibi redit obuius: aut agit arcum
In dextram leuam ve cadens vt pellit z vrget
Fumus z ingressi caua spiramenta vapores
Sic rerum species varijs concursibus: vt sors
Obtulit aut visus vel vis incognita coeli
Spirituum ve potens industria nocte silenti
Diuerso ostentant diuersos ordine casus
Ceu varias voces diuersaqꝫ nomina rerum
Si nouus inuersis surgat compagibus ordo
Difformes eadem faciunt elementa figuras
Nec duo Roma notis z amor componimus hisdem

Tramite conuerso ꝛ retro redeunte meatu.
Que simulacra magis vigilans exercet in vnum
Nocte euertuntur: veriſqꝫ ſimillima formant.
Oſtentantur opes cupido quia tempore lucis
Cogit opum ſpecies ꝛ iter quod licet frequentant
In tenebris repetunt ꝛ noto calle recurrunt
Cecaqꝫ preteritas imitantur ſomnia curas
Quom tacitis ergo rediȷt nox humida pennis
Atqꝫ ſoporiferos niuecis argentea bigis
Luna vehit radio: ſumnus ꝑ rura per vrbes
Spargit lętheo medicata papauera roze
Et vigiles abigit ſecreta incendia curas.
Pulſę abeunt celeres ad triſtia limina ditis
Atqꝫ leues hęrent ſub opacę frondibus vlmi:
Ulmus enim diffuſa comas ꝛ brachia late
Surgit ibi a validis radicibus: illius ergo
Muta ſub vmbroſis habitant quę ſomnia ramis
In thalamos hominum ꝛ tenebroſa cubilia ducunt:
Dantqꝫ ſuos illis vultus vocemqꝫ habitumqꝫ
Illa ꝑ obſcuros capitum delapſa meatus
Ad vigilem ſubeunt aīm: caſuſqꝫ figuris
Mobilibus formant: ſopitaqꝫ corda iacentum
Sollicitant: nec vana minus q̄ vera fatigant
Interea circum vittas ꝛ anhela freque ntes
Ora volant curę: moxqꝫ vt ſopor euolat intrant
Mordaciqꝫ ſecent iterum precordia roſtro
¶ Hęc eſt quę ticium volucris ferit ore cruento
Aeternę natum poenę ęternoqꝫ dolori
¶ Monſtrum igitur ſi quando quies blandita ſoporem
Reddidit aut auro inſudat: ſublata ve furto

Semina frugiferę Cereris: vel inania plangit
Horrea: vel dura decussos grandine fructus
Effusam ve fretis mercem deprehensa ve furta
Atqꝫ iterum tractat sub nocte negocia lucis
Totaqꝫ sub curis it vita simillima morti
¶ Hęc aīm turpi maculans ꝛ corpora labe
Quęrere coelesti precium pro munere iussit
Uanaqꝫ composito mendacia fingere vultu
Quando grauem sacro morbum Naamanus in amne
Abluit ꝛ puerum spolijs onerauit ꝛ auro
¶ Hęc eadem scelerum genitrix fraudumqꝫ magistra
Reginam libycis posuitqꝫ in collibus vrbem
Aere. viro patria spolians. peregrinaqꝫ circum
Aequora: per rapidas syrtes. ꝑ barbara pellens
Regna diu profugam terris iactauit ꝛ vnda
Hęc priami natum: cui longa pepercerat ira
Martis ꝛ a patria procul obsidione latentem
Thraicio iuuenem innocuum mucrone peremit
Ah scelus ah dirum facinus multoqꝫ piandum
Sanguine primęuę imberbem sub flore iuuentę
Ignarumqꝫ doli puerum nil tale verentem
Perfidus obtruncat. placidum rosei decus oris
Et regale caput simplex sine crimine pectus
Et natas ad sceptra manus veniamqꝫ precantes
Uulnerat immitis repetito sępius ictu.
¶ Prętereo concisa sui qui corpora nati
Dijs epulanda dedit: quiqꝫ auro vendidit vrbem:
Quiqꝫ suum superans hostem superatus ab auro
Ex animum phrygio versatum puluere corpus
Misit ad extremos ignes patriumqꝫ sepulchrum

Non prece non lachrymis motus non voce paterna
Nec misero casu queruli senis: immemor omnis
Iusticię solo placatus munere tandem
Hectora restituit priamo sua pignora patri
Quiqꝫ per vndosum dulces ne perderet ęquor
Diuitias retro conuersa naue per vndas
Ad patriam ꝛ sęuos redijt non inscius hostes.
Quiqꝫ deum manibus rapiens pendentia dona
Sacrilegus superum vanos irrisit honores
Et qui surripiens auri duo millia pondo
Et lateres fuluos fucata sub intulit ęra
Ut genus frenū nasamon qui fesus in austros
Incolit isiaco contermina rura canopo
Naufragijs victum quęrens: gaudere procellis
Turbinibusqꝫ solet. fusasqꝫ per ęquora merces
Colligit ꝛ nautas ad punica littora pulsos
Auxilium simulans violat Sic improbus auri
Raptor in aduersis quenqꝫ si viderit angi
Casibus exultat: fictoqꝫ astutior ore
Dum promittit opem spoliat: prędamqꝫ reportans
Celat ꝛ exuuias occulto congerit antro:
¶ Hęc quoqꝫ venalem (tanti quis crederet orcum)
Esse deum fecit: Semen cęleste piando
Progenitum sceleri. diuine mentis alumnum
Uirgineoqꝫ alitum gremio. crimenqꝫ volentem
Soluere ꝛ antiquo contractam fomite labem
Dira fames auri. culpe regina parensqꝫ
Perdidit. indigno signatum verbere corpus
Confixum caput ꝛ duplici manantia rore
Pectora pallentesqꝫ genas frontemqꝫ cadentem
Ingratę moriens plebi monstrabat ab alta

Arbore purpureum terra absorbente cruorem
Hec opera hi fructus hec gaudia mentis auare
¶ Hic memor antiqui sceleris dum tristia flerem
Funera virgineę prolis: largoqꝫ maderent
Imbre genę. vidi ex alto telluris hiatu
Deformem prodire chorum Sartagine lata
Signifer armatus vestigia lentus agebat
Quem confusa cohors cultris armisqꝫ popine
Pressa sequebatur. patinas vnctosqꝫ lebetes
Visceraqꝫ oblongis verubus confossa gerebat
His comes in bellum turmis veniebat inerti
Turba canum gressu. quorum cutis aspera multam
Fluxerat in scabiem: sanieqꝫ fluentia linguis
Ulcera lingebant ꝛ erebro ardentia morsu
Scalpebant terga ꝛ scabras prurigine clunes:

¶ Quintum monstrum Gastrimaria

h Oc quoqꝫ cerbereis monstrum defaucibus erit
Ridiculum. nam pingue caput. frons prominet alta
Labra genas oculosqꝫ tumens sub gutture lato
Surgit ꝛ in flatum tollit curis vuida pectus
Trita. breuis. maculata mero ꝛ pinguedine vestis
Uix renes clunesqꝫ tegit ventremqꝫ profusum
Raraqꝫ collisis ęgre vestigia mutat
Poplitibus curuis putruere sub vnguibus esce
Ad lumbos ad vtrumqꝫ latus lachrymantia circum
Tuceta ꝛ guttis suspensa fluentibus hęrent
Sumina. lapsus adeps iter ꝛ vestigia signat
Oenophoro leua armata est ab domine dextra
Ante cibos quam pressagram sub fasce priores
Concoxit natura nouas superingerit offas.
Impatiens famis. escarum infinita vorago

Pocula prehensa manu sitis implicabilis haurit
Et crebro exhilarat bacchus conuiuia potu
Garrula: lenta: salax: petulans: improuida: turpis
Immemor: indocilis: leuis: ebria. dedita somno
Semper olet naresqꝫ graui contristat odore
¶ Talis erat multo spumans silenus hiaccho
Quom capitis nutu in collum curuatus aselli
Ceruicem super atqꝫ iubas stillante saliua
Risus erat faunis nymphisqꝫ colentibus agros
¶ Concaua non tantum maris absorbere charybdis
Dicitur: a Calabris quę di uidit arua pelori
Quantum hęc ingluuies vini demergit in aluum
Hirsutam fecis aluum densaqꝫ comantem
Pube: per humentes it grex teterrimus vmbras
Grex olim sylle infestus vatiqꝫ tragędo
Et pingui sudore cutem depascitur. vdam
Blandior ingressu primo semeleia proles
Incalet atqꝫ vias fumos exhalat in omnes
Concluditqꝫ aditus ꝑ quos a pectoris antro
Spiritus ascendit curuas in verticis ędes.
Nam nebulę feruente mero ꝑ guttura pingues
Attoniti capitis summam voluuntur in arcem
Pugnaqꝫ fit. validis alti mens incola tecti
Defensura suum limen succingitur armis
Sed contra diu bacchantem extinguere fumum
Victa fugit: victor subiens penetralia bacchus
Cui comes it sopor ⁊ torto dementia gressu
Per cerebri humentesqꝫ sinus animęqꝫ sacellum
Letheo spargens haustos de flumine rores
Inducit somnos hebetes ⁊ morphea doctum
Fallere imaginibus: nocturnaqꝫ fingere monstra

Pondere pressa dei conuenit lumina crebris
Nutibus: et placide nequeunt obsistere nocti
Lingua loquax prius et nullis obnoxia vinclis
Jam delusa labat: verba imbecilia presso
Fine cadunt: blęso sonus euanescit ab ore:
Labentemq; pluit per mentum barba saliuam
Qualis in vmbroso Protheus mutabilis antro
Pressus aristeo iacuit qua Carpatus inter
Niligenas claramq; Rhodon caput extulit vndis:
Qualis in occidua pugnax Anteus arena
Et ferus aemonię victore sub Hercule taurus
Fusus humi cubuit. qualis minois in ęde
Semiuir eructans spumantem sanguine predam
Cecropio. qualisq; cauo sub carcere plena
Cerberus ingenti diffundit viscera campo.
Talis in immundo nimosum bellua corpus
Puluere distendit: tumidam sic explicat aluum
Egraq; turbato sic deijcit ordine membra
Nunc ventosa tument: nunc contrahit ilia flatus
Alternisq; sonat vocis via murmure rauco
Pectus et ora lauat tepido fumantia rore
Sudor: et vndantes currunt p tempora riui:
Somniaq; occurrunt: pingues sunt somnia mensę
Atq; coronati fuso crat heres hiaccho:
At celeres nunc labra bibunt humida muscę
Lumina nunc bifido rimantur tempora rostro
Dum loquor et turpis moror ad spectacula monstri
Ecce nouę gentis resonans fragor impulit aures
Et tellus noua castra vomens ingentia fudit.
Agminina: quę campis immissa patentibus omnes
Compleuere vias: et culta noualia: nec iam

Rus capit has acies ⁊ non numerabile vulgus
Uicinas intrare vrbes. incendere templa
Uisa cohors ⁊ ferre nouas in moenia flammas
Signa sequebantur moerentes ordine turmę
Composito: signa arcus erant: fax: tela: pharetrę:
Et quanq̃ hęc essent hostilia castra genusq̃
Pestiferum: ridere tamen facilesq̃ choreas
Ducere permixtis leta ad conuiuia turbis
Suadebant fieriq̃ leues cum carmine ludos
Dux erat his formosa venus suspensa cupido
Filius hastili longo vexilla ferebat
In gremio matris molliq̃ in veste volutus
Insidias iocus ⁊ varias excogita artes:

¶ Sequitur liber Secundus.
¶ Calamitatum liber Secundus.
¶ Sextum monstrum Inxuria

h

Aec fera cocyti de tristibus enatat vndis
Orenitens: animo maculata simillima sordo
Quod nitido tristes claudens in cortice succos
Decipit ignaros: morsuq̃ venenat amaro
Illecebris ⁊ fraude potens astuq̃ dolisq̃
Dimicat ⁊ vultu pacem pretendit amico
Hanc contra certare caue contendere vinci est:
Uincere terga dare ⁊ retro vestigia ferre
Fulget in egregio decor insuperabilis ore
Ornatuq̃ iuuat formam: ligat auricolorem
Luthea vitta comam: molles quę fusa ꝑ armos
Leniter inflexos sensim finitur in orbes
Candida frons lateq̃ patens ad tempora currit
Clara supercilijs velantur lumina nigris

Picta genas: pressi sub honestis naribus oris
Purpureos coeunt mutantia labra colores
Aurea procero teretiqꝫ monilia collo
Pyrgo telis celata manu: formatus in illis
Qualis erat viuens pastor formosus Adonis
Pendet: ꝛ intextis viridi curuamine ramis
Myrtus opus cingit: geminęqꝫ in fronte columbę
Mutua porrecto collibant oscula rostro
Cum graditur tenui summum bulla aurea pectus
Uerberat applausu: perstringit eburnea vestem
Fibula coccineam: textoqꝫ sub albicat auro
Corpus. ꝛ exili fila inter serica veste
Lacteus apparet mixtus cum sanguine candor
Qualis odoratis pesti quę nascitur hortis
Est rosa confusis rutilante coloribus albo
Rasa sinum chlamys: ꝛ visu penetrabilis ambit
Albaqꝫ sub tenui cutis interlucet amictu
In geminos orbes glomerata vtrinqꝫ tumescunt
Pectora. zona sinus cohibet baccata fluentes
Gemma humeros non vna tegit digitosqꝫ micantes
Hoc habitu ad ripas phrygij simoentis amatum
Ibat ad Anchisen: marti velamine in isto
Est congressa: cauo dum vir sudaret in antro
Mole sub aetnea: qua fortibus ęra lacertis
Uoluit in ardenti durus fornace pyragmon
Qualis erat tyrios ludens Europa p agros
Siue per hybleas errans Proserpina valles
Cum Cyane in liquidum fluxit mutata liquorem
Qualis in ornatu libyco sidonia mater
Comptior: ꝛ festis solemni more diebus
Cum muribus phrygijs multo spectabilis auro

Tyndaris ad diue veniens Tritonides arcem
Seu quales incunt regum conuiuia nupte
Buxea cum letos modulatur tibia cantus
Tale super picto per rura per oppida curru
Progrediens monstrum nunc hos nunc vulnerat illos
Luminibus mortis apte gestuqꝫ venusto
Obuia diffusos crines vestemqꝫ decoris
Motibus impellens diuinum spargit odorem
Aura: sonat tenui lucens vaga bractea vento
Ore pudiciciam simulat castumqꝫ ruborem
Nam magis innocuo si sit coniuncta pudori
Forma mouet: condita graui comitate venustas
Accendit rapidos furijs afflantibus ignes
Hec sunt illa quibus veneris puer arma superbit
Et quibus imperium terris quesiuit ⁊ alto
Hinc hoīm surgit crucians insania mentes
Que dulces abigit somnos: que pallida reddit
Ora: parit gemitus: in amaros lumina fletus
Soluit ⁊ in totum suspiria seminat orbem
Mira huius natura fere: non ense nec hasta
Vincitur: inter equos. thoraces inter ahenos
Per galeas conosqꝫ truces incedit inermis
Nuda manus: sine thoracis sine cassidis vsu
Concita in hostilem victrix agit eseda turbam
Preteriensqꝫ hoīm castra Imbecilia ridet
Martia fert Macedo teretes in bella sarissas
At sythice longis vtuntur amazones hastis
Romulide certant pilis: celeresqꝫ catheias
Barbarus aduersos gallus iaculatur in hostes
Parthus equo versis pugnat fugiente sagittis
Sunt varij mores: vsus non omnibus idem

Militie: non omne vnis genus vtitur armis
Sunt isti sua tela ioci risusqꝫ modestis
Nutibus ⁊ pulchro ridentia lumina vultu:
Dura quibus penetrat compagibus aera solutis
Scutaqꝫ multiplici chalibis circundata veste
Scit paris eneasqꝫ pius scit durus Achilles:
Alcidesqꝫ iouis proles: scit iupiter ipse
Sepe ferę insidijs factus fera. cygnus. ⁊ aurum
Scit crudelis idem Theseus: victorqꝫ Medusę
Cuius adhuc retinent illustrem sydera prędam
Hoc regina modo Babylonia pasyphaeqꝫ
Sic Bacchi delusa parens: sic ⁊ phaetontis
Victa cupidineo mater quę languit igne:
Venatrixqꝫ soror phoebi: scit lamia rupes
¶ Hec fera adulterium parit incestusqꝫ nefandos:
Stupraqꝫ: ⁊ igne scelus dignum quo barbara quondam
Astulit unmixtis sulfur quinquurbia flammis
Nunc lacus est: vbi tunc homines errare solebant:
Et qua pentapolis regio fuit ęquora lentus
Pigra liquor vestit: qui mortua corpora sorbet
Viua gerit tergo: sceleris monumenta vetusti
Hanc venerem dixere patres: quam spumans humor
Progenuit: leuiqꝫ salo delata propinquum
Littus vt applicuit placido per pectora lapsu
Se insinuans delubra sibi quęsiuit ⁊ aras.
Flamma latens venis Venus est: furor ossibus hęrens
Hinc iocus hinc frater satus est qui tela faceqꝫ
Gestat: ⁊ auratis sine lumine militat alis:
Omnibus has natura potens ⁊ prouida curas
Addidit hos stimulos atqꝫ hunc animantibus ignem

Quo prestant magis ossa calent: venus acrior vrget
Nam meliora magis prohibens natura perire
Ad genus augendum flammis grauioribus instat.
Ast hominem cui plus diuini luminis auctor
Tradidit: et flecti voluit rationis habenis:
Legibus hunc certis iussis cohibere furorem
Imposuitque modum veneri ne pluribus vna
Nubat: vt vnius coniunx sit coniugis vnus
Hinc proles: hinc sancta fides & honesta feracis
Copula connubij legis mysteria nostrę.
Sed venus hos mores naturęque addita frena
Non patitur: nulloque potest mansuescere vinclo
Ac velut vnda fluens pronus qua colligit amnis
Si solitos misso tardaueris obijce cursus
Murmurat. & claustris furit indignata teneri
Perlustransque aditum tumet & spumantia terga
Eleuat: & molem fluxus quę intercipit vrgens
Pondere crescenti semper conuellere tentat
Et tandem euerso celerem trahit aggere cursum
Assuetum per iter notisque dat oscula ripis
Sic venus iniectis crescente libidine vinclis
Uento inflata calet: pedibusque repagula vincens
Libera pernicem facto rapit agmine gressum
¶ Ite procul iuuenes simplex & credula turba
Pręda eritis: dabitis poenas: hęc bellua thysben
Hęc Cynare natam rapuit: scyllamque paterno
Crine ream: proeti sobolem lotidesque puellas:
Ite viri procul: ite nurus: hęc bellua tinxit
Caede maritales thalamos & sanguine lemnon
Hęc iras hęc bella parit: circumspice campis

Quę stygijs errant vmbras. pallere videbis
Tristiciaqꝫ premi: ⁊ rubrum sudantia rorem
Tela coronari myrto: ⁊ nunc ire per vmbras
Pallentes vmbras nemorum coenosaqꝫ lustra
Et nunc aere graues vestigia ferre per hastas
Nunc per equos. has dura venus certare coegit
Puluereqꝫ aspergi. ⁊ grauibus sudare sub armis
Atqꝫ pati geminum duplici sub marte furorem
Dicta sub exiguo claudantur vt omnia versu
Diuitias animum. corpus necat. inficit aufert

¶ Talibus exultans armis ⁊ milite tanto
Multa cathenatis heroum milia secum
Ducebat manibus nitidosqꝫ per omnia flores
Compita iactabat. violas. hiacynthon. ⁊ alba
Lilia. purpureasqꝫ rosas Amaranthon Anethi
Gramen odiferum Casias ⁊ cynnama nardi
Semina ⁊ assyrię dederant quę balsama siluę
Narcissum croceasqꝫ comas rutilantia fila
Sed passim infestę iactis de floribus herbę
Surgebant: quas gignit ager sardous amaris
Frontibus. ⁊ taxus. tristiqꝫ absinthia succo
Mordentis genus vrtice. curuisqꝫ rubeta
Dentibus. ⁊ tribuli Titimallus inane Cicute
Germen: ⁊ erectę tollunt quę hastilia sentes
Omnigeniqꝫ seges subit importuna veneni:
¶ Dumqꝫ oculis abiens. agmen sequor vltima pigris
Passibus vmbroso gens ascendebat ab orco
Gens obscura carens titulis. in gloria. laudum
Indiga. vulgus inops. proles ignara laborum
Segnis. iners. timida pictum testudine velum

Anteferēs ibat torpor sine nomine longa
Turba sequebatur pompa. dux vltima castra
Nixus equo tenui vultum deformis agebat

Septimum monstrum accidia.

H Aec est curarum genitrix exercita nullis
Artibus officij nullo; laudabilis vsu
Segnicies inter socias nutrita megerę
Doctaqꝫ languores animi luctusqꝫ magistra
Sola sedens. oculosqꝫ solo defixa. malignum
Crispa supercilium pallens impexa capillos
Phthiriasim patiens scalpit caput vnguibus vncis
Os immunda: manus elota. cadente saliua
Barba madet. pluit imbriueris denaribus humor
Debilis. ⁊ longo pendens in pectora dorso
Fauce tumet. leuat angusto sub pectore ventrem
Utris ad exemplum morbiqꝫ intercutis inster
Crus exile. genu surgens pes pinguis ⁊ amplus
Tardat iter grauibusqꝫ dolet iunctura podogris
Nec fera seruilis sanctę vastigia vitę
Ingerit. ⁊ tardos ad clara negocia sensus
Somnifero languore premit. frigentia corda
Inuoluit gelido densę velamine nubis
Nil nisi terrenis haustum defecibus vmqꝫ
Cogitat. annales veterum dubiamqꝫ futuri
Temporis ignorat sortem. non vila latentes
Cernere naturas rerum causasqꝫ tueri
Cura subit subiecta oculis vix aspicit. egre
Palpebras leuat herentes humore tenaci
Lumen hebet. surdent aures. vox languida. sermo
Barbarus. obscuro verba interclusa palato

Seminat infoelix lolium frigensq; papauer
Letheisq; rigat steriles humoribus hortos
Plumbea liuenti gestat conuexa metallo
Uincula captiuos hoim quibus alliget artus
Saturnus pater est isti. nox humida mater
Hanc genuit magnos Jouis vt compesceret ausus
Jtala cretęis petijt cum littora rostris
Penula trita. fluens humeris a pectore apta
Sordida. neglecto cultu. demissior ante
A tergo breuior. textu laxata soluto
Fila oras circumpendent. rosere cothurnos
Articulosq; pedum mures ꝛ olentia nigris
Sordibus immundę sulcant calcanea rimę
Jpsa sibi grauis est turpi deiecta quiete
Moeret. ꝛ ignorat causam moeroris ꝛ ortum
Ebria lethargo semper tristiq; veterno
Uirtutum formidat iter monstratq; labores
Difficilesq; vias ꝛ re maiora videri
Cuncta facit. ceu si vitreo subiurgite virga
Mersa sit aerio quia corpore densior vnda est
Jngentem sparsa mentitur imagine formam
Sic hoim falso deludit Acidia vultu
Spem minuens aiosq; premens operumq; futura
Premia deridens. contemni fulmen ꝛ ignes
Tartareos frustraq; docet phlegetonta timeri
Aeacon ꝛ minoa negat. nullum Rhadamantho
Judicium tribuit. foedęq; libidinis vsum
Et veneris concedit opus. conuiuia ventris
Jngluuiem laudat. sic lentus pectora torpor
Occupat. ꝛ pigras ita vincit inertia mentes

Instructis laute mensis si copia detur
Indulget. quesita vorat. sed querere nescit
Inde graues curę longęuaqꝫ tedia surgunt
Sic nocet hoc monstrum ꝛ iustis conatibus obstās
Suadet ab obscęnis queri solacia rebus.
¶ Hoc inhonoratum scelus ignauumqꝫ sequuntur
Ignotę tristesqꝫ animę. quas nulla futuri
Cura nec ęternę stimulauit gloria fame.
Si tamen hoc quędam retinent ex ordine nomen
Non sua sed virtus illos laudata priorum.
Uel genus excelse gentis. vel regia virga
Imbelli gestata manu. vel nobile crimen
Egregium ve scelus sciri sine laudis honore
Cogit. ꝛ inuitas hominum transmittit ad aures
¶ Istorum turpi numero ꝛ de plebe nefanda
Unus erat modico dominum qui vendidit ęre
Unus ꝛ ostriferam sesto qui iunxit abydum
Pontibus ꝛ magnum salsis Athon abluit vndis
Mox vbi conuulsas audiuit in equore puppes
Et pontem equoreis confractum viribus amens
Qua phryxi germana iacet rate fugit inermi
Talis ꝛ ęneadum phrygio de sanguine Cęsar
Ultimus. ausonię labes ꝛ dedecus aulę
Talis ab Assyrio veniens longo ordine belo
Sardanapalus iners qui non chironis in antro
Nutritus: non inter equos erat inter ꝛ enses
Sed calathos circum: saturataqꝫ vellera roze
Muricis: ꝛ tenues lauas quas Sericus altis
Pectit ab arboribus: violasqꝫ imitantia pensa
Purpureosqꝫ croci vultus hialiqꝫ colores

Crinitosque colos solium regale tueri.
Nescius: vt regni inuasor iurata coegit
Auxilia & celeri maturans arma paratu
Attonitam cinxit subitis legionibus vrbem
Stamina deposuit tandem: & de plebe fugaci
Componens raras acies cum milite pigro
Exijt in pugnam: molles talaribus armos
Assuetum tunicis clypei grauis aereus vmbo
Pressit: vt horribilis pugne caua buccina signum
Reddidit: vt rigidum campos ingressa patentes
Terrifico cantu cecinit vox bellica martem
Et leuis insonuit crebris hinnitibus aura:
Obriguit: stupuere oculi: liquere trementes
Lora manus: Clypeusque cadens (res digna triumpho)
Formicam oppressit veteris de sanguine natam
Myrmiones que Myrmidonum genus acre virorum.
Reddidit. excussum est rostri de forcipe granum
Et tristem moriens liquit sub puluere vitam
Non poterat tanta armorum dux mole sepultus
E tanto sine cede pedem subducere bello:
Talis in ignauo regnabat pectore virtus
Post clarum facinus fugit: solitumque cubile
Depositis repetens armis se misit in ignes
Foemineos semper mores imitatus & artes
Hoc animi fortis moriens opus edidit vnum
i sta regunt orbem scelerumque licentia regna
Relligio contempta iacet: spretusque deorum
Cultus abit. tritaque fides iam pallida veste
Infirmis titubat pedibus: pessundata legum
Maiestas: tot monstra pios immania mores.

Inuasere: silet probitas: pudor exulat: alas
Explicat ad limen pietas reditura paternum.
Uilis et attrita virtus in veste relictis
Uiribus egrediens loca per diserta vagatur
Solaqz nam merces laus: gloria: fama: triumphus
Gaudia. pax. successus. honor. reuerentia. cultus.
Maiestas. fauor. imperium. populiqz secures
Uirtutum comites olim dum pinguia curuo
Iugera scindebat consul Romanus aratro
Et dum prima suis gaudebat ouilibus etas
In scelerum fugere domos. dolus arma rapine
Furta. venena. neces. veneres. iniuria. fraudes.
Insignes celebrant solemnia laude triumphos
Pallida velato virtus abscondita vultu
Qualis it ammisso mulier viduata marito
Uisa sub ambiguo nocturne lumine lune
Sepius est. et sola die lugere per vmbras
Per loca siluosas inter frigentia valles
Qua dryades habitant vbi fessa quiescit oreas
Est audita procul tales effundere questus

Querimonia virtutis

c Ur ego que magni sum semine nata tonantis
Et coeleste genus. senior sublimibus astris
Deseror: humanis ne vnqz forsasse negaui
Rebus opem: vel forte meis non amplius armis
Mundus eget: Cur nunc tanto surgente tumultu
Debilis hec hominum soboles tot millia contra
Ditigenum nostra nullum munimen ab arte
Postulat: An valide non sunt ad prelia vires
Nonne acies totidem: nonne est industria nobis

Nonne animi: liceat de me mihi vera fateri
Fortune domitrix ego sum scelerumque flagellum
Semper tela manu ferimus: cum crimine semper
(Si genus humanum poscat) sunt aspera bella
In promptu nobis & opes: & miles: & arma:
Utque hominem tuear. superumque intecta reportem
Incolumem: stygias omnis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna deumque
Portari monstrare vias quibus itur in altum
Aethera. sum medium dirimens iter orbita recto
Limite qua monstratur adhuc vestigia patrum
Qua veteres coelo digni petiere tonantis
Limen: ubi nitidis sunt lactea flumina campis
Nescio delicias: nullum insidiosa voluptas
Mecum foedus habet: mihi lis de limite regni
Cum vicijs: multumque inter contraria pugno
Namque meos inter regnum mihi contigit hostes
Me labor assiduus validam facit. ocia frangunt
Et quotiens opus est armis. exterrita nullis
Congredior vinci & succumbere nescia. si quod
Pondus ab adversis iniectum est casibus equa
Mente fero: ipsa hominem doceo variasque per artes
Erudiens paucis dijs immortalibus annis
Persimilem reddo: sine me cognoscere rerum
Non licuit causas: per me pulcherrima mundi
Machina que miris subiectum legibus orbem
Temperat expresso rapidi patet ordine coeli
Me sine que in magno numeris elementa ligantur
Corpore non poterant: nec ros nec fulmina sciri.
Me duce nota soli vis est & mobilis unde

Me quoq₃ summa patris pietas interprete constat
Unaq₃ cum duplici simplex essentia partu
Ipsa feros hoim docui componere mores
Ipsa Solonigenas leges precepta lycurgi
Plebiscita Numę.magni consulta draconis
Bissenasq₃ dedi tabulas.⁊ ferrea iura
Me duce regnarunt belus beliq₃ nepotes
Et nersę lybiciq₃ duces.me pręside roma
Floruit.⁊ lata rerum ditione potita est
Ipsa comes graiis aderam quom Troica contra
Pergama depulsis ex Aulide nauibus ibant
Me duce romanus tyrias radicitus arces
Eruet.⁊ solymas turres.bimaremq₃ corinthum
Atq₃ syracusios Arethusę moenia muros
Belliger extremos duce me tulit arma per vrbes
Bacchus.⁊ ardentes victricia signa p indos
Nyseamq₃ locans Arabis de nomine Nysę
Dixit.⁊ ad teretes hederas coniungere thyrsos
Pampineasq₃ comas tremulis agitare corymbis
Menades instituens dionysio festa quotannis
Iussit ab aeoa fieri solemnia pube
Ipsa ego combustę retinent quę nomina mammę
Foemineas ad equos turmas ⁊ ad arma paraui
Plebis ego solymę siccis vestigia plantis
Per maris erecti pendentes vndiq₃ fluctus
Murorum in speciem vada phoebo incognita duxi.
Me quoq₃ prima viros ratis inuentrice per altum
Aequor ⁊ audaci tulit aurea vellera cursu
Alcides tot monstra meis deformia vicit
Uiribus Et quicquid musis phoeboq₃ vetustas

Ascripsit nostrum est: Vates ego sanctaq; vatum
Pectora melliflui diuino nectaris imbre
Largius irroro. dulciq; aspergine lustro
Fons ego Castalius: Pallas ego: nomina plura
Res eadem Non sum morbo confecta nec annis
Incorrupta virens. immortalisq; remansi
Coelestes etenim nihil in me motibus orbes
Sidera nil radijs possunt. nil lumine titan
Post igitur tantorum operum experimenta fidemq;
Deseror ignotis errans inglo ria campis
O vere ingrata et meritorum oblita meorum
Secula nec priscę quicq; seruantia laudis.
O muna romulidum sanctissime. vosq; Catones
Mascula progenies. tuq; o metuende securi
Et celtę spolio insignis Torquate superbi
Vosq; genus Decij egregium. tuq; optime Quinte
Eximium pimę decus. et tu magne quiritum
Maxime. quo Cęsar fortuna et crimine tantum
Clarior est. vobis ista cum gente profana
Judicibus. si fas esset contendere coram
Dicere veridicis causam sermonibus ausim
Sola queri possum mecumq; sub ilice muta
Testis vbi nemo nisi numina conscia recti
Arguere ingratas gentes oblitaq; mores
Corda meos: mea sit tacitis querimonia siluis
Nota: nec ad stolidi veniat consortia vulgi
Patrono mea causa caret: quia pectora plena
Perfidię fastuq; animos tollente superba
Ire per anfractus audent impune malorum
Aduersasq; sibi leges inimicaq; iura

Frangere ⁊ audaci culpas defendere vultu
Propterea sanctis ratio cum moribus vrbes
Iam fugit. ⁊ magni rector moderaminis ordo
Post habitis terrę solum regit ęthera curis
Sceptra scelus rapuit. positis custodibus omnis
Scrutatur regni fines aditusq; tuetur
Scire pati sanctum est: partem deus omnibus ęquam
Seruitij imperijq; dedit: non omnia semper
Astra: sed alternis nunc hoc nunc imperat illud
Delia regnabat mundiq; tenebat habenas
Cum moles ęquanda ioui consurgeret: et cum
Saxa giganteę voluebant ardua vires
Tum primum ignotis homines sermonibus vsi
Distinctosq; habuere sonos: duce marte profusum
Aequor in aerios misit vada cęrula montes
Triste reluctando non est leue vincere fatum
Conariq; polos ⁊ fortia sydera contra
Nauis vt aduersa remo cum impellitur vnda
Fortia ni totis incumbant brachia neruis
Ictibus ⁊ crebris instent non vincitur amnis
Cedendum est: leges in idonea tempora nostrę
Peruenient. dabitur nostris sua moribus ętas
Nec ꝙ sola vager doleo: perdenda virorum
Milia tot tantamq; dari prędam queror orco
Non pereo deserta: perit qui deserit. error
Alligat errantem. mea si tamen ora fuisset
Fas homini niueumq; decus formamq; tueri
Non illum blandis vnq̄ peritura voluptas
Flectere illecebris nec ficto falleret ore
Sed mihi secretum voluit pater esse decorem

Ut labor obluctans iniucundiq3 dolores
Humonos acuant animos:post perdita primę
Munera iusticię veterumq3 infausta parentum
Exilia ⁊ pressos iniecto fomite sensus
O miserum mortale genus Quid debuit vltra
Pro te proq3 tua deus attentare salutę:
Ultra immortales animos supera ddidit artes,
Ornamentum inges;sociam me tradidit.ipsum
Se tibi pollicitus:coeli tibi limen apertum:
Et fugis auctorem:seruatoremq3:ducemq3:
Et chaos obscurum claro preponis olympo
Ulimpo sedes vbi sunt.⁊ templa tonantis
Qui niue non albet.nulloq3 madescit ab imbre
Nec quatitur ventis nec fulmine vapulat vllo
Slifcit ibi sine fine quies sine fine voluptas
Pax ęterna.iubar stellis ⁊ appolline maius
Ah genus ingratum.fera mens ignobile semen;
Degeneres animę mores imitata ferarum
Progenies.tali proles indigna parente
Nam pater est deus ipse tibi.tibi maxima tellus
Paret ⁊ illius dono tibi militbt aer
Unda suast.seruitq3 tibi neptunia doris
Tu refugis patremq3 negas.tot dona ferentem
Dissimulas:Quę poena tuis erroribus ęqua est
Quę sceleri tormenta tuo debentur:⁊ audes
Astrifero oculis spectare rebellibus orbes.
Astra tibi clariq3 suis quos aspicis ignes
Motibus imperio patris hęc aliment ministrant
Dum tibi dumq3 tuo patri se subijcit orbis
Totus.et assiduo properans obtemperat vsu

Tu veneri insudas: auidicꝫ voragine ventris
Rumperis. escarumqꝫ ferens graue pondus anhelas
Sed quid ego in tales nil profutura querelas
Effluo: cur lachrymis oculos singultibus ora
Ne quicqꝫ indulges: tua quur euiscerat iste
Corda dolor. quondam florens modo languida virtus
Et videt ꝛ iusta librat deus omnia lance
Ipse vbi tempus erit nos in violata reducet
Regna memor pater ipse meas vlciscitur iras
Singultus inferna palus ꝛ verbera dira
Audiet. ꝛ tristes vmbras vlulare sub altis
Inter sulfureos erebi fornacibus ignes
Interea lucos posito mœrore silentes
Tuta colam. vilesqꝫ casas: ignota latebo
Ut postqꝫ diti sat erit viciocꝫ litatum:
Nobilibus succurram animis ꝛ lapsa reducam
In medium certis vestigia finibus arcens
Sępius audita est ꝛ talibus vsa querelis
Dicitur in siluis virtus nemorumqꝫ per vmbras
Una camœnorum saltus tum forte per illos
Pręteriens sacrumqꝫ petent helicona notauit
Singula. ꝛ huic nostrę dedit inscribenda papiro.
Ut si viperę stimulis accensa Megęrę
Natorum impietas fuget ꝛ discordia matrem
Exilioqꝫ procul peregrinum inuisere mundum
Urgeat: illa licet casu afflictetur amaro
Et tepido lachrymans lauet ora sinumqꝫ liquore
Nil crudele tamen natis nihil optat acerbum
Nam patiens natura pios non deserit ignes
Immo suum liceat si quando reuisere limen

In dulces ruet amplexus. dabit oscula notis
Frontibus. et tristes vincet singultibus iras
Sic virtus hominum dux et fidissima custos
Quamuis pulsa graues gemitus lamentaque fundat
Prompta tamen nostris semper succurrere rebus
Errores gemit humano: gemit ebria corda
Et quacunque potest non desinit arte mederi
¶ Foedera mortales orci cum rege superbo
Coelitibus spretis iniere. datisque ligati
Obsidibus seruare fidem coguntur auerno.
Per medias vrbes colubris crinita Megera
Sanguineisque caput vittis intorta flagello
In scelera et culpas homines vrgere laborat:
Criminis et poene dux hortatrixque malorum
Fronte truci et toruo vultu conatur Erynnis
Sceptra tenens iudex solio plutonius alto
Jus populis dicit. leges periere deorum
¶ Hinc irę venere deum. morbique famesque
Jmproba. quę steriles nimium versatur per agros
Hactenus intercepit opes et credita sulcis
Semina: nosque pati ieiunia longa coegit
Hinc bella armorumque sonans discordia motu
Nam quia mens hominum mores oblita pudicos
Degenerat. noxis semper crescentibus: arma
Nos terrena premunt et nos deus vrget ab alto
Multiplicique graues luimus subiudice poenas

¶ Noua iactura rei christianę

a Spicis imperium nostrę lacerumque labansque
Gentis vt hostili totiens certamine cęsum
Sanguine barbaricos: spoliisque recentibus agros

Impleat: et nostra pinguescet Achaica tellus
Cede madens: iam grecus ager Machometia iura
Iam patitur seruile iugum ritusq; nefandos
Insula qua pelopis muro circumdedit isthmon:
Qua fluit Alphei siculis potandus in agris
Euroteq; liquor: qua surgit thracius aemus
Aemus: cuius apex niueis candoribus albens
Adriacos fluctus euxinaq; littora cernit:
Qua videt etholas vrbes Aracynthus ab altis
Rupibus et curuis Acheloia flumina ripis
Usq; pruinosos istri glacialis ad amnes
Thraiciosq; sinus: bimares vbi bosphoros vndas
Arctat et europes Asiam distinguit ab oris
Quaq; sinu curuo tethis egea recurrit
Ad Mytileneas arcens lesbosq; superbam
Et tenedon priamiq; domos. vbi xanctus ab altis
Se sinuat phrygie descendens vallibus ide
Imperium machometus habet: crucibusq; fugatis
Per quondam nostras insignia barbara turres
Apparent. capte mutatis legibus vrbes
Dedicere fidem et sancte mysteria Rome
Nec noua: sed vetus est longe victora maior
Pamphillum ciliciumq; lares vbi menia Cydnus
Persea fundata manu labentibus vndis
Partit alexandri vada perlustrata natatu
At quur paule tuos pateris seruire penates:
Paule pater viden vt seuis tua patria tarsos
Subiaceat dominis: fideiq; vt federa sancte
Ruperit: et legis feruet commenta nefande:
Surgite: tuo pater ense tuos defende nepotes

Quam geris aduersas feriat romphea cohortes
Cappadoces phrygij virides vbi flumine ripas
Curuat ⁊ argutos audit meander olores
Et veteres eneti Cares vbi dicitur ortum
Augurium lycij. pontus. bitynia diues
Hanibalis tumulo insignis. lydiqꝫ vetustum
Unde genus tuscis: fuluas vbi voluit arenas
Diuitibus pactolus aquis. hec omnia nostris
Hostibus ⁊ rigido parent inuita tyranno
Heu quot singultus heu quot suspiria matres
In viduis laribus ducunt ⁊ celibe tecto
Quarum parua feri rapuerunt pignora thraces
Bistonijqꝫ equites. Capti pueri atqꝫ puelle
Flumine perfusi sacro fidei elementa
Jam docti. sua christo iam vota precesqꝫ
Curuantes genua ante aras offerre solebant
Seruitium dominis miserum crudelibus. inter
Uel persas immite genus venere vel indos
Qui tenuit solymos colles ⁊ ditia quondam
Regna palestine: totum cui paruit olim
Cesarie. Anthiochiqꝫ solum. qua mitis horontes
Currit: ⁊ immissis vrbem disterminat vndis
Cui maurus seruire solet: quem barbara Memphis
Horruit: ⁊ dubia surgens ab origine Nilus
Qui gelidum Tanaim domuit victricia signa
Ethiopes scythicumqꝫ gelu qui protulit vltra
Turiferosqꝫ arabes libaniqꝫ tepentis odores
Et iuga caucasijs que rupibus ardua surgunt
Uictor ouans Christus pêno modo pulsus ab orbe
Amissis asie regnis magnoqꝫ potentia

Europe spacio.extremas male possidet oras:
Nam partem hesperię dederat cui nomina Betys
Maurus habet potiturq3 domo machometus ibera
Hanc cladem nobis scelus attulit Heu graue nostro
Dedecus auctori:nostri iam penitet illum
Tutelę piget assumptę veterumq3 laborum
Atq3 dati nostra pro libertate cruoris
¶ Si tranquilla quies ⁊ tristibus ocia curis
Libera me sinerent sanctos inuisere fontes
Et totos helicona dies consumere circum
Prima salutiferi repetens exordia christi
Ad suprema meum venisset tempora carmen
Actaq3 tentassem maiori singula versu
Texere ⁊ annales melioribus ędere chartis
Sed nec summa sequi trepidum fastigia tempus
Me sinit.⁊ cocci vis formidata veneni
Nostra breuis velox q3 ętas ⁊ plena laborum
Nil altum tentare sinit.contermina meta est
Carceribus.coniuncta neci subiectaq3 fato
Uita fugit.paruo occasus discrimine ab ortu
Distat.⁊ innumeris premitur breue cladibus ęuum
Pauca tamen (ne me ignauum tristicq3 iacentem
Desidia inueniat miserę lux vltima vitę)
Subijciam:magni quotiens benefacta parentis
Uoluimus a curis animo fugiente caducis
Lucida cęruleis ceu toto e nubibus orbe
Sol abiens:monstrat ratio q3 turpe nocensq3
Sit.non iussa sequi superum ⁊ contemnere diuos
Atq3 dei iustas quotiens a limite fixo
Iusticię:illecti vicio discedimus iras

Insinuat. mitesq3 dari pro crimine poenas
Et nostrum maiora scelus tormenta mereri:

¶ Commemoratio beneficiorum christi

a Nte salutari q3 tolleret vnda lauacro
Crimen & irati valuas aperiret olympi
Aera deos homines & ligna carentia vita
Esse rati lectas pecudes & debita coelo
Orgia ponebant surdis altaribus ante
Facta manu simulacra sui cultoris & arte
Numina fallebant siculos Ericyna colonos
Jupiter alybicis qui nomina sumit arenis
Ethiopes solisq3 domos ardore perustas
Gnosciatos Dictynna lateres. & rura Caystri
Meotisq3 lacus. & clari regna thoantis
Jussit vbi humanum spargi dea sęua cruorem.
Persida cecropiam lusit Rhamnusia plebem
Attica cecropios Rhodon altus apollo
Orthigiam q3 breuem micone giaroq3 ligatam
At tyrę Juno lybicas Carthaginis arces
Thraiciisq3 sami circundata fluctibus arua.
Barbara cornigerum Memphis plorabat Osirim
Lętaq3 percusso pubes egyptia sistro
Inachię celebres veniebat ad isidis aras.
Dindyma per cybelemq3 phryges resonantia galli
Sacra dabant matri diuum. per gargara & idam
Buxea multifori stridebat tibia cantu
Tympanaq3 audito strepitu de rupibus altis
Pęcipites ibant Dammę lucosq3 petebant
Dorcades ignotos & inaccessas conualles
Festa corymbifero Thyas renouabat hiaccho

Et tepidas cornu ductus caper ibat ad aras
Roma panompheo sacrauerat alta tonanti
Limina solemnes crebro visura triumphos
Pastaqꝫ Clitumni virides armenta per agros.
Sic alię varijs delusę erroribus vrbes
Numinibus fictis aras ꝛ diuite cultu
Ardua ponebant pario de marmore templa
Sepe quidem viuo tanq̃ de corpore voces
Et confusa dabant veteres oracula diui
Sicut apud delphos in parua phocide nigris
Speluncę latebris clausu vocabis Apollo
Sicut chaaonię phoebo illabente volucres
Et caua Cumeum spelea sonantia carmen
Uerum hęc vel fallax hominum versutia fecit
Uel stygie mentes auium per nescia certis
Motibus humanum fingebant guttura murmur.
Formabantqꝫ leues per concaua saxa loquelas
Et quod siderei radijs coeuntibus ignes
Monstrabant caute populis multo ante futurum
Siue per augurium seu per vatum ora canebant
Diuinosqꝫ sibi cultus curasqꝫ parare
Artibus his solitę turbas ꝛ credula vulgi
Mobilis ambigua fallebant pectora voce:
¶ Non tulit hoc magni proles ęterna parentis.
Et stygijs ergo canibus ludibria (dixit)
Semper erit mortale genus: nunq̃ ve vereri
Nos discent manes: audacia ditis auari.
Improba sic impune meos inuadet honores
Semper: et obscuri plebs ambiciosa profundi
Sic perget sese superis ęquare deoqꝫ:

Ibo: et terrenum lustrabo incognitus orbem
Nec patrias repetam sedes coelum ve priusquam
Cerberus & trepidi me regia senserit orci
Non vada non furię non ferrea claustra vetabunt
Nigra per & phoebi radijs incognita regna
Ferre gradus: horrore tremens vlulabit Erinnys
Et caua terrifico quatientur tartara motu
Flammeus obscuros phlegeton qui suscitat ignes
Saxa rotans mestoqꝫ acheron qui labitur amne
Cocyticꝫ grauis parientia flumina luctus
Et liquor inducens lethee obliuia lymphę
Participes sistent cursus retroqꝫ redibunt
Et sua sulfureos repetent exordia fontes
Cum mea vox auditus coecos ingressa profundę
Noctis & insolitum penetrabit tartara lumen
Luce repentina chaos & fumosa baratri
Atria clarescent: vbi pallida frondibus hęrent
Somnia. tenarijs reuocabo a sedibus vmbras
Insontes: vmbras patrum quos longa sub alti
Carceris includunt obscuro vincula circo
Propterea placidam terris inducite pacem
Sidera qui regitis diui qui voluitis orbes
Ut dum bella gero cum principe gentis auernę
Sentiat occultam ferri sibi terra salutem
Iam trepidant magnoqꝫ pauent aduersa tumultu
Castra: dies numerat pluto: tempusqꝫ volutum
Colligit: aduentusqꝫ meos vestigat & ortus
Nocturnas cogunt acies: cursantqꝫ per altum
Aera: & ingenti strepitu mortalia terrent
Pectora: montanos apices atqꝫ ardua saxa

Terribili quatiunt motu. pecudumq; per ora
Insolitas fingunt voces: ęgyptia pallent
Sollicito simulacra metu: suspirat, anubis
Fatidicusq; legens vates examinat omnes
Peruigil historias ⁊ coeli cogitat ignes.
¶ Ipse igitur diuos linquens ⁊ limen olympi
Aetheriasq; domos deus ad mortacia regna
Terrenosq; lares medio dum frigida cursu
Suspiceret cancrum mox inclinata sub vrsam
Venit: ⁊ angustam tenuit pręsepia sedem
Tunc hyberna gelu torpebant arua sereno
Et matutino siccatum frigore gramen
Perdiderat vernum demissa fronte colorem
Pigraq; nocturnis albebant rura pruinis
Tunc rhodopes hemiq; niues iuga summa leuabant
Altius: ⁊ niueo surgebant aggere montes
Nudaq; ramosę tendebant brachia quercus
Et syluas aquilo viridi spoliarat honore
¶ Pręuius aeoa sanctos a perside reges
Ignis ⁊ insolitis radians splendoribus ardor
Misit ad infantis parua incunabula christi
Ipse sub humana velatus imagine mundi
Conditor: vt tetigit matura virilibus annis
Tempora: nascentis iaciens primordia sęcli
Ante quaterdenis ieiunia longa diebus
Pertulit: ⁊ sacro mox irroratus ab amne
Abstulit errorum tenebras. noctisq; profundę
Nubila: longęuumq; chaos finiuit ab alto
Undiq; diffundens illatam cardine lucem
Extinctis oculis aciem lumenq; peremptum

Restituens: opus ignotum nostrisq; negatum
Viribus: aerios tractus: solemq; videri
Fecit: ⁊ insuetum terrę coeliq; decorem
¶ Sicca per ęquoreos fixit vestigia fluctus
Admirata nouum credebat Ariona Tethys
Cum cythara curuos inter delphinas euntem
Mox vbi vi propria tutos suspendere passus
Vidit: ⁊ humanis liquidas iter esse per vndas
Gressibus. hęc non est audax industria dixit
Romanę virtutis. a quę sensere tonantem
Hęc ait. ⁊ fugiens imas se torsit in vndas
Imperio ventorum iras pelagiq; furorem
Pressit. in excelso galilęi vertice montis
Ora, manus oculos ⁊ pectora sancta beato
Lumine perfusus patuit deus ęthere lapsum
Numen ⁊ albenti vestitum nubis amictu
Astitit. auricomi sonuit globus aeris ingens
¶ Carmine non magico non vi medicaminis vlla
Defunctos iterum vitam reuocauit in artus
Emigrare leues animos retroq; reuerti
Obstupuit. celeresq; fremens pluto induit iras
¶ Languida quę nulla potis est humana iuuare
Ars ope: per vicos gradiens per rura per vrbes
Nunc prece nunc solo sanabat corpora tactu
¶ Sancta dei tenuem pietas induta figuram
Non pertesa rudes animos moribundaq; membra
Ferre: nec estiuo graciles aspergere plantas
Puluere nec luteis vestigia ponere campis
Erubuit. tolerare famem pascique per agros
Graminibus vitreoq; sitim restringere riuo

Dulce fuit:coluitqꝫ inopum consortia .tantus
Ardor in accenso regnabat pectore:tantis
Curabat studijs humana negocia:vt ipsum
Etherea iam posset seseqꝫ oblita videri
Ante ipsam quotquot hominum componere mores
Conati statuere modum normamqꝫ dedere
Viuendi. vel pro certis incerta fuerunt
Falsa ve pro veris vel non perfecta loquuti
¶ Hinc pater omnipotens animos miseratus inertes
Atqꝫ imbecilles sensus ⁊ pectora tarda
Immensum ęoo reserauit ab ęthere lumen ;
Progeniemqꝫ suam summo demisit olympo
Hęc sunt illa:quibus deus instaurare caducum
Nature labentis opus:tentauit:⁊ omni
Conatus studio veteres auertere morbos
Vt patrias sordes crimenqꝫ aboleret auitum
Legit inauditum fatigenus:illita fuso
Sanguine ⁊ ardenti liuentia verbere membra
Perfossumqꝫ caput terebrataqꝫ tempora duris
Sentibus.erexit miles romanus in altum
Aera:frigentes plantas proiectaqꝫ longe
Brachia ⁊ humentes oculos ⁊ pectus apertum
Concretosqꝫ pio crines barbamqꝫ cruore
Ingratę moriens plebi monstrabat ab alta
Arbore:⁊ ingenti mortem clamore ciebat
Cuius ad interitum cępere elementa moueri
Sol gemuit nigroqꝫ caput velauit amictu
Contremuit tellus:timuit mare:palluit aer
Et collisa graui sonuerunt marmora planctu.
¶ Hęc fuit atra dies ⁊ lamentabile tempus

Cum subito media tenebris in luce subortis
Lumen in horribilem fugit sine nubibus umbram:
Aurea cum vernus retineret vellera titan
Luna longinque contraria sidera libre
Sic est parta salus homini longeuaqꝫ prime
Cum gemitu ⁊ lachrymis deleta iniuria culpe est
Immemores tanti populus patresqꝫ laboris
Neglecto superum cultu spretoqꝫ tonantis
Imperio: baccho indulgent veneriqꝫ ministrant:
Sacra ferunt auro: nummis altaria condunt
Auro vina libant: auro laquearia fulgent:
Scorta tegunt gemmis: canibus conuiuia ponunt
Sordet in exili virtus incognita veste:
Exuuijs inopum culti ditesqꝫ rapinis
Successu elati superos Acherontaqꝫ rident
¶ Propterea hostilis rabies insurgit ⁊ ira
Corda micant: maiora nouus fert prelia mauors:
Ausonie labentur opes: nam claustra liburne
Preteriens angusta vie: per rura timaui
Qua ferus algenti gotus descendit ab axe
Seu qua piceni superum mare littoris oras
Alluit epirum dirimens ⁊ iapygis arua
Turcorum ingentem paruus vomet angulus vndam
Bisqꝫ patens expertus iter magno agmine miles
Veloces ascendit equos: sonuere pharetre
Cornipedum crebris resonant hinnitibus aure
Vallibus in medijs: ⁊ quadrupedante tumultu
Auditur longe strepitus clamorqꝫ virorum
Sublati quotiens estu rapiente vapores
Alta petunt piceoqꝫ tegunt velamine coelum:

Et noua tempestas clausisq; sonantia ventis
Nubila per coeli tractus voluuntur apertos
Rugitu ingenti resonans volat aere grando
Pulsa noto boreaue: tremunt cum rupibus alpes
Tunc fracta si nube fragor subit ima profunde
Vallis: & impulsu nemorum & telluris opace
Undiq; comprehensus fugit atq; repellitur aer:
Aerii montes clamant: magnoq; boatu
Antra sonant: stygium dicas mugire baratrum
Horrida per campos procul exaudita pauentes
Corda ferit gelido strages humana timore
Tale sonat longo populatrix agmine turba
Ore manu teloq; minax sitibundaq; nostri
Sanguinis irrumpit. scopulosa ceraunia lugent
Sylua vetus dodona timet gemuere molossi,
Rura soli: tremit omnis ager: pauet adria pondus
Classis adductum peregrino remige martem
Trans mare trans indos nabatheaq; regna nefande
Gentis in exilium rutilo volat Eurus ab ortu
Impiger: & firme captat iam littora terre
Butroti iam culmen habet: summasq; per arces
Dirrachii stridens frondosa cacumina curuat.
Velaq; iam sinuans proras aerataq; rostra
Vertit in italiam: salit equor. & vnda carinas
Ausoniam versus sensim leuat. atq; secundum
Spondet iter: culpansq; moras neptunia doris
Per noctem ad nautas ita circum littora clamat
¶ Tempora martigene quid idonea perditis. ite
Ite lares italos & fundamenta malorum
Romuleas arces et pontificalia tecta

Colluuiem scelerum temerate fauentibus auris
Jte citi quando astra vocant quando omnia mandant
Numina: flammanti mauors quid cogitet ore
Cernite. saturni facies infensa latinis
Quid velit: atq3 iouem lętos non ire per ignes
Suspicite: ⁊ qua fata vocant conuertite proras
Aetherec mentes quibus est tutela latinę
Gentis ab occulto bella hęc immissa videntes
Jmperio patris ⁊ longa clade esse litandum
Jmbelles hęrent: atq3 in sua regna furorem
Jre sinunt roma q3 alio fugere relicta
Cede noua veteres culpas abolere necesse est.
Ecce tarentinis vacuas in collibus vrbes
Et nudas custode domos ⁊ littus inerme
Milite deseruit dux parthenopęus abacto.
Etruscas populata domos modo trans iuga pulso
Marte per ęmileam ⁊ venetos bacchatur erinnyis
Nec vos immensum dirimit mare: transitus vna
Nocte breuis calabros turmas exponet in agros
Uix spacio maiore fretum diffunditur istud
Quam quod adhuc fama notum est athamantidos helles
Et vada leandri crebro sulcata natatu
Jte quid ambigitis: vobis est debita tellus
Jtala: qui phrygios domuisti ⁊ hellada: gentes
Oenotrię ducunt genus ab radicibus illis
Quis pallanteum: veterem quis condidit albam
Hoc opus enęę: profugi fuit Arcadis illud
Dardanius phrygia veniens Antenor ab ida
Euganeis latam statuit sub collibus vrbem
Quę superest triplici q3 sedet munimine cincta

Parrhasij pisas:pulxes spartana tarentum
Struxit:et imperium Daunus partitus & agros
Cum diomede fuit cuius tenet insula notum
Nomen adhuc:sunt qui ausoniam de nomine dicant
Ausonij laertiadę de sanguine vlyssis
Progeniti:quid surentum tyrrhenaq; dicam
Regna:quibus lydi frater tyrrhenus ab agris
Meonijs asię sortes & fata secutus
Attulit & leges alias & nomina fixit
Et phętontiades loca per montana ligystus
Errantes populos domuit:liguresq; vocauit.
Sardoum tenuit littus satus hercule magno
Sardus:et a graijs Cyrni descendit origo
¶ Roma phrygum labor est:capanaq; moenia Manto
Filia dircei vatis:post condita tecta
Et clarij delubra dei comes addita lydis
Cum duce tyrrheno venetos annauit ad agros
Tybur ab argolicis positum:locrensibus aiax
Auctor.ab argiuis volsci fundata Coracis
Oppida.quid scopulis segnes haeretis in istis
Uestra nec aspicitis sese ostentantia regna
Arduus hesperio vobis garganus ab orbe
Ostentat sublime caput:cum mane colorat
Sol nouus oppositos ęoa lampade montes
Cernimus excelsas vmbris in rupibus arces
Picenisq; iugis albentia moenia:clamat
Uos ab oliuiferis lętissima collibus Ancon
Brachiaq; in portus pandit sinuata capaces
Amplexura rates & susceptura benigno
Maumeti genus hospicio:fautrixq; futura

Gloria vos ęterna manet: generosa nepotes
Facta legent. patrumqꝫ volens exempla iuuentus
Magna sequi pugnas animosior ibit in omnes,
Et partas augebit opes: natosqꝫ per artes
Ingenuas ducet virtus audita parentum
Sic viuet longeuus honos. ⁊ fama superstes
Per populos ibit late: Si troius hęres
Ista per iratum dijs aduersantibus ęquor
Nauibus ammissis ⁊ milite cepit inermi
Arua: quid hęc delecta manus congestaqꝫ classis
Foeta armis animisqꝫ ducum numeroqꝫ virorum
Moliri poterit: longo iam vincitis ęuo:
Nec fugere a vestris audet victoria castris
Uos immane genus Thracas ⁊ marte superbos
Nubigenas sęuoqꝫ satas Ixione gentes
Atqꝫ pelectronios lapithas vicistis ⁊ omnem
Euboiam Pelopisqꝫ domos: altamqꝫ corinthum.
Euxinum pelagus vestrum est: ⁊ lata propontis
Ioniumqꝫ fretum: lęto vos Adria vultu
Nunc vocat: ⁊ fines tethys que cingit etruscos
Et minor est vobis audacia viribus: ite
Diuitias: Aurum. pecus ⁊ sola pinguia vobis
Hesperijqꝫ seruant. istis audete potiri
In vetitas non itis opes in vestra venitis
Heredis non hostis erunt: oenotria regna
Cum vestrę ditionis erunt: modo possidet hostis
Ausoniam patiturqꝫ truces inuita tyrannos
Nocte dieqꝫ gemunt vrbes durumqꝫ recusant
Ferre iugum: populi tensis ad sidera palmis
Maturare rogant. ita se finire labores
Aerumnasqꝫ putant: ⁊ libertate potiri:

Baptiste mãtuani de calamitatibus liber tercius

Alibus Indomitas mentes ꝛ barbara corda
Irritat dea seua maris. de littore classis
Soluitur: ꝛ nostros venit euersura penates.
Chaonię nostris vicinę finibus alpes
Acclamant: ꝛ saxa cauis quę plurima pendent
Rupibus acceptas confuso murmure voces
Conglomerant: nec clara sinunt respondeat echo.
Magnus apud manes itala de gente coacto
Agmine pompeius rogat ad sua mœnia mitti
Italię laturus opem: sub pectore forti
Uiuit adhuc patrię pietas. stimulatqꝫ sepultum
Libertatis amor. pondus mortale necari
Si potuit: veteres aio post funera vires
Mansere: ꝛ prisci viuit non immemor ęui
Sollicitusqꝫ hisdem curis: quem Romulus ęuo
Grandior his acuit dictis: I Magne meorum
Immortalis honos ꝛ gloria summa nepotum
I cõmune bonum serua: qñ hęc tibi semper
Cura fuit: totum pietas tua tota ꝑ orbem
Imperio dignum nostrę te fecerat vrbis:
Cœlo aliter visum est: cœlum culpare quis audet?
I patrum defende solum: qñ itala virtus
Usqꝫ adeo cecidit. qñ germania quondam
Armipotẽs: nunc lenta iacet: nec cęsaris vllum
Audet opus cęsar: genus hoc ignobile gentis
Barbaricę: procul ausonijs a finibus arce
Te pontus: te nouit arabs: te grecia ꝛ omne
Aegeum ioniumqꝫ fretum: te punica tellus

Tyrrhenum magnis equitasti classibus equor.
Te ligur alpineqꝫ niues te sensit iberus
Galliaqꝫ: ꝛ latis ingens germania campis
Per freta ꝑ campos victricia signa tulisti:
Regna: vrbes: maria. ꝛ terras foelicibus armis
Calcasti. totusqꝫ tuos miratus honores
Orbis: vt indigno raptum te vulnere nouit
Ingemuit: fleuere arabes: fleuere sabęi
Indus: ꝛ extremi flerunt tua funera seres:
I. decus Ausonię. regno suppone cadenti
Ingentes humeros. ꝛ fortia pectora tantis
Fluctibus opponas. magnę teqꝫ obijce cladi:
Communes tutare domos: communia serua
Regna mea fundata manu. sententia fratri
Ista remo sedet: id Curij deciiqꝫ precantur
Id numa coelicolum cultor. sanctiqꝫ catones
Id populus patresqꝫ rogant: ne despice gentem
Nate tuam. viden vt campis tam multa viuorum
Millia pręstantum generosis frontibus errent
Elysijs: te nemo tamen pręstantior ore
Non aio melior nec ad horrida promptior arma
Te externi nostriqꝫ duces venerantur. ꝛ ipse
Depositis odij causis liuore sepulto
Te pręfert Cęsar: se maioremqꝫ fatetur
Quādoquidem pietas ꝛ nescia rumpere leges
Dignior est sceptro ꝛ regni diademate virtus:
Hac prece motus erat: mentemqꝫ mouebat ad artes
Antiquas artes belli martisqꝫ laborem
Cum patet eloquij culto sic Tullius ore
Flexit ab inceptis aīos. coetumqꝫ resoluit.
¶ Magne pater nostri generis: tuqꝫ optime ciuis

Optime dux. patrięq; ingens pietatis amator
Quem ciues colui ante alios dum vita manebat.
Ferre vbi auxilium frustra meditamur: olympi
Ipse pater qui regna tenet qui fulmina torquet
Sic statuit: scelus hanc hominum sibi suscitat iram
Diuisę excitis se seditionibus vrbes
Ausonię lacerant: vna intra moenia liuor
Ambitio nummiq; sitis corrumpere mores
Ut coepere pios nulla est reuerentia recti:
Nulla quies animis. nullusq; salutifer vrbi
Ciuis: opes patrię rapiunt: ęraria nudant.
Et commune bonum in pprios elabitur vsus
Hę prauę viuendi artes: hęc pessima morum
Colluuies nobis latum qui reximus orbem
Abstulit imperium: romamq; aliena coegit
Iura pati: seruiret adhuc. nisi prouida Narsis
Cura redemisset pulso capitolia gotto:
Quę rapuit patres eadem fortuna nepotes
Insequitur. viret ęterna sors aspera fronde
Prospera brumales pluuias & frigora sentit
Astraq; debilibus non fert ardentia ramis:
Atq; omnis timet incursus: ęuoq; senescit
Sponte sua. cum fixa manens stabilisq; putatur
Occidit extemplo. fugitq; infida repente
Sorte sua vtantur: lex est deus omnibus ęqua:
Omne quod a superis bellum est reuocabile non est
Sed neq; rex erebi quenq̃; trannare paludem
Nec superis iterum reddi sinit. est pia quę te
Romule cura mouet sed subdita legibus orci
Nos istis ęterna ligant ergastula campis
Nec licet ad patrium limem coelumq; reuerti

Foelices animę sedem quibus ętheris alti
Jupiter indulget. possunt ea fata mouere
Nos orbis quoddam domini seruimus auerno
Fata regunt illę. terrenaqꝫ regna gubernant:
Uerte alio mentem: nec nos ea cura fatiget
Sit satis exilio nobis leuiore teneri?
His animę dictis coetu siluere relicto
Interea nostras odijs flagrantibus vrbes
Exercent furię: per rura: per oppida seuit
Martis opus: petriqꝫ domus polluta fluenti
Marcescit luctu nulla hic arcana reuelo
Non ignoto loquor: liceat vulgata referre
Sic vrbes populiqꝫ ferunt. hic rumor ab austro
Cimerios vltra latices per opaca silentis
Claustra vię: sale concreto qua plurima crescit
Stiria frigentes scythię penetrauit in agros.
Uenit ab herculeis ꝑ iberum gadibus ęquor
Qua subit excelsam tethys interflua calpen
Ad vada gangaridū: magno qui proxima gangę
Rura tenent: gēmasqꝫ legunt: ea fama ꝑ omnem
Jam vetus Europam mores extirpat honestos.
Sanctus ager scurris: venerabilis ara cinędis
Seruit: honorandę diuum gaminedibus ędes
Quid miramur opes recidiuaqꝫ surgere tecta?
Turis odorati globulos ⁊ cinnama vendit
Mollis arabs: tyrij vestes ⁊ muricis imbrem
Jndus ebur: croceum cilices ⁊ Tmolus odorem
Mel siculi: ferrum chalybes: tenuissima seres
Uellera: cretenses mollissima vina: tanager
Pernices mercatur equos: venalia nobis
Templa sacerdotes: altaria. sacra. coronę

Ignes.tura.preces.coelum est venale.deusq3:
Xiste pater fidei custos ouiumq3 magister
Quas bonus effuso moriens in sanguine pastor
Abluit:etatis damnosa licentia nostre
Quam veterum semper crescens incuria patrum
Et sceleri pandens aditum moresq3 seueros
Auersata parit tua sentiat arma:coherce
Hanc vitem:ancipiti ramos preme falce vagantes
Namq3 feros fructus ꝛ tristem frugibus vmbram
Fert in culta:iacens cererem necat.occupat agrum
Mille sub his latebre folijs.ꝛ mille rapaces
Hac habitant sub fronde fere:vulpesq3:lupiq3
Mitiaq3 inuadunt laniantq3 animalia passim
Sic cicurum genus omne perit.ꝑ ouilia regnant
Seuus aper:tigres rapide:truculenta leonum
Semina:multicolor Pardus:gryps naribus vncis
Et varie panthera cutis:grauis vnguibus vrsa
In genus hoc pater arma moue.sua pascua redde
Foecundis ouibus:stent ad presepia tauri
Qui signata iugis longoq3 attrita labore
Colla gerunt:postq3 rerum te Roma potentem
Fecit.ꝛ obscuro iubar hoc resplenduit orbi:
Exanimis virtus scelerum sub mole sepulta
Respirare parum visa est ꝛ tollere frontem
Et nisi tot vicijs hec secula nostra fuissent
Deprauata:boni poterant rectoris habene
Errantes frenare rotas.sed tantus equorum
Impetus aurigam superat.frustraq3 retractans
Lora gubernator sine lege per inuia fertur
Propterea sortem doleo mitissime patrum
Xiste tuam.fueras annis melioribus aptus

Est tibi que tanto satis est in principe virtus.
Sed velut obscuris phoebi sub nubibus ardor
Languet: et vmbra diem picee caliginis aufert
Sic tua corrupti vitio clementia secli
Obscuratur: cunt pessum pietasque fidesque
Lerna palus terra est: viciorum exercitus hydra
Alcides nusquã est: ardentem seua chimeram
Monstra tenent nec adest Glauci castissima proles
Candida gorgonei capitis coma fluxit in angues:
Et neque mercurij prosunt nec palladis arma
Dedaleis inclusa vijs minoia monstra
Passim habitant crebris vterum que cedibus augent
Nec potis est multa ingluuiem saturare rapina.
Nec superat thesea manus. per tecta per aulas
Harpye funesta lues fluxuque fameque
In feste volitant. boree genus omne recessit
Syrenes redeunt et phoebi filia circe
Que placidos hoĩm ferali carmine vultus
Uertit immites formas et in ora ferarum
Plurima sunt nobis sancti vestigia secli
Et gentis monumenta pie: sunt ardua templa
Sunt sacris congesta patrum sancta ossa sepulchris
Est fidei caput. est veri latria tonantis
Ista sed hesperidum velut aurea mala dracones
Cerulei seruant: res detestanda nec vllis
Flenda satis lachrymis. nec me conuicia. quisquam
Texere causetur mordaxque excudere carmen:
Hec sunt pro sanctis gemitus lamenta dolores
Moribus et superum pro maiestate querele
Ista mouent superos: vocat hoc scelus ethere ab alto

Bella famem & diri genus insuperabile morbi
Heu sortem gregis aduersam sidusq; malignum
Quom custode caret. cum fracto vimine sepes
Nocturnos aditu fures admittit aperto
Præsertim cum dura fames ieiuna luporum
Intestina premit. rabidiq; mapalia lustrant
Præda, sumus: fracto ferimur temone per altum
Qua furit oebaliæ violentior ira maleae
Nunc vada latrantis scyllæ nunc ora charybdis
Radimus & libycas rapido nunc æquoris æstu
Pellimur in syrtes. nunc per tua saxa Caphareu
Pulsa dies tenebris: nubes Erimantidon vrsam
Abstulit: indicium coeli magneta latentis
Perdidimus: tumet in montes: & lapsa remugit
Doris hareno si saliunt ad sidera fluctus
Aduersæq; vndis vndæ: contrarius euro
Flat zephyrus: boreas austro: subuersa dehiscunt
Aequora & inter se spumis albētia pugnant
Vicini trepidant agri: pulsata reclamant
Littora vixq; obstant collisa rebellibus vndis:
¶ Ah miseræ quæ nunc inter cunabula matres
Paruula securo nutritis pignora lacte,
Quot tepidi erumpent oculis turgentibus imbres
Quot gemebūda premet fessus suspiria pulmo
Moesta quot attractis salient singultibus ora
Quom tepido dulces rapientur ab vbere nati
Atq; viris ipso cæsis in limine vestre
Diripentur opes: sparsis cum crinibus ipsæ
Præda eritis: manibus vinctis hostile per agmen
Ibitis attonito prostrata cadauera gressu

Calcantes lacerasq; comas atq; ora cruenta
Uestrorum seu natorum seu forte parentum.
Atq; pio late stagnantes sanguine campos
¶ Summe pater coeli saltem cui regia paret
Singultus audi insontes fletuq; piorum
Flectere crudeles gladij saturandaq; cęde
Spicula primores populi: frontesq; superbas
Oraq; blasphemo feriant inflata tumore:
Parce rudi populo maiorum exempla sequenti.
Imbellemq; manum salua. qui cętera saluas
Quid meruere greges? pastorum incuria damno est
Cerne laborantem freta p salientia cymbam:
Et miseris fer opem nautis: pontumq; furentem
Sterne: suis manda ventos liget Eolus antris.
Fatales properant anni: noniesq; voluta
Fert alias leges centeno machina cursu.
Nec deus has labi ęrumnas prohibebit ab astris
Tempus adest quod iam venturum pręscia vatum
Pectora: fatidicę quod prędixere sibyllę
Corripite arma viri. dextris leuasq; reflexis
Insertate manus clypeis deus odit inertes
Ecce procul denso nigrescit puluere coelum.
Sublatiq; leues nymbi tolluntur. harenę
Accipient fuscę cędis caua flumina riuos
Rubraq; pampineos imitabitur vnda liquores.
Non igitur frustra diros ardere cometas
Uidimus ⁊ medio phoebum pallescere coelo
Defectumq; pati. nigraq; in veste sororem
Inter nocturnos ignes incedere moestam
Tempus erit parcis celeres glomerantibus annos
Quom medijs fossor campis tellure subacta

Inueniet conosq; truces & nuda virorum
Ossa grauesq; solo galeas ensesq; sepultos
Armaq; nostra suo non conuenientia seclo
Atq; immutatos rerum mirabitur vsus
¶ Hec properant: dictumq; fides non sera sequetur
Sed steriles gelideq; anime quas imbre megera
Letheo aspergens requie sopiuit inerti
Contemnunt: tepidoq; trahunt secura cubili
Ocia tractantes lautis conuiuia mensis
Nubila mens hoim sortisq; ignara future
Terretur vanis & vera pericula ridet.
Non tn̄ ista minus properant: incredula poenas
Turba dabit: curisq; breui tabescet amaris
At si tantus amor superum si tanta moueret
Corda virum pietas: studijs si talibus artes
Ingenuas colerent homines: nec iacta perirent
Semina: nec litui streperent: nec classica cantu
Terribili: nec dira lues p̄cideret annos
Nam licet obsequijs opifer lucentia mundi
Astra suis aptās semen causasq; malorum
Ignibus ethereis dederit coeloq; volanti
Ipse tamen liber nulloq; cohercitus astro
Vultq; potestq; pijs precibus votisq; suorum
Annuere: & coeli flammas cohibere nocentes.
Aspice magnanimum bellatoremq; ducemq;
Qui promissa suum genus introduxit in arua
Et facilem cognosce deum: miserisq; fauentem
Casibus: & nostra superum prece numina flecti
Barbara gens populum reducem prohibebat ab agro
Pollicito: contra sumptis dux impiger armis
Castra mouens hostes ingenti strage fugatos

Pressit: ⁊ infesto turbas dum cęderet ęnse
Iam nox atra caput velata nigrantibus vmbris
Pallētes vrgebat equos: lentumqꝫ soporem
In terras biiugo secum temone vehebat
Ne tenebris decepta manus victoris ab ictu
Cędeqꝫ cessaret solymis vt gloria maior
Esset ⁊ euulsa generis radice superbi
Libera pacificis habitarēt agmina campis
Uota precesqꝫ ducis deus audijt: atqꝫ volātis
Ipse manus phoebi volucrūqꝫ retraxit equorum
Lora pater pluresqꝫ diem ꝓduxit in horas:
Uincendiqꝫ moras dedit: ⁊ comes iuit in arma
Sol stupuit: fixoqꝫ diu resplēduit orbe
Cetera quę coeli dn̄m Titana sequūtur
Ordinibus certis sua ne interualla vetusqꝫ
Sidera mutarent iter ⁊ ne curreret orbis
Ordine turbato currus traxere citatos
Et iuga frenatis subito tenuere quadrigis
Solis ad exemplar: regemqꝫ imitata quierunt
Uranię dulci septem discrimina cantu
Quę regit immoto vocem compressit olympo
Sic pater edixit: sic dij fecere minores
Sirenesqꝫ octo: quibus est data cura mouendi
Immortale dei templum bis quattuor orbes:
Ipse arcem super excelsam super ardua mundi
Culmina qua roseum surgens aurora colorem
Explicat ęterno patrem modulamine laudant
Cunctaqꝫ distinctis aptant mortalia fatis
Humanis igitur si initia numina rebus
Cernimus antiquos tantum curasse labores
Ut tardata polis mundi mirantibus astra

Paruerint homini: credo si nescia labis
Totaq3 sub magni imperium collecta tonantis
Semper nostra pijs pareret legibus ętas
Sollicito terrore carens foelicibus armis
Mortales agerent sub dijs custodibus ęuũ
Nostraq3 non nymbo metuens nõ missa per auras
Ardenti iouis arma manu: non torua furentis
Ora noti: libycũ spumans quibus ęquor in altum
Tollitur: ꝛ campis versa liquentibus vnda
Serpit in ausoniam tyrrhenaq3 littora pulsat
Sed neq3 tecta timens coeco sub gurgite saxa
Non vada non scopulos turcorũ a littore victrix
Foetaq3 multiplici remearet foenore classis
Qua prece placari quo possint munere flecti:
Numina castalides ostendite: numina vobis
Cognita terrigenũ miserę succurrite sorti
Dum precor Uranię cui sidera nota deumq3
Tecta: supercilio sic est effata sereno
Corpora siderei sicut mortalia coeli
Imperio subsunt ꝛ nulla rebellibus armis
Bella audet. sequitur magnes erimantidos astrum
Et quo luna iubet fugit atq3 reuertitur vnda
Tempora sol variat: sic mens ęterna parenti
Iusticiam sanctos mores ꝛ laudis honorem
Perpetuum debet. sunt hęc gratissima coelo
Orgia: ꝛ infestis obstare potentia fatis
Sed postq3 liquit terras astrea nocentes
Fugit ꝛ ipse hoĩm leges qui condidit ordo
Temporeq3 ex illo summi reuerentia patris:
Sanctoq3 diuini ruit obseruantia cultus
Di quoq3 qui nomen de relligione superbum

Usurpant quęq; sanctis a patribus orto
Se iactent:ouium molli sub vellere fraudes
Mente lycaonis seruāt ꝛ crimine sordent
Quod speciem ꝟtutis habēs scelus omne colorat:
Nec tñ his maculis:sordent pecus omne:magister
Ne pereat quędam sibi seruat ouilia semen
Qui prece sollicitant superos multoq; ꝑ omnis
Ture litant aras veniam pacemq; precantes
Inuisi superis fœdaq; libidine olentes
Heu frustra incestis iterāt sacra orgia dextris
Polluti circum quotiens altaria vultus
Conueniunt celebrantq; choros ꝛ carmine mixto
Sancta deum vanis penetralia vocibus implent
Irritant irasq; mouent non numina flectunt
Hac prece nil opus est:nil adiutoribus istis
Auxilij sperate:nouis date templa ministris
Sacrilegum genus ex adytis templisq; deorum
Pellite.nec longos scelera hęc vertantur in vsus
Quid solymos ritus quid montibus ęmula templa
Aequatamq; iugis molem longumq; ꝑ ęuū
Limina solemni late celeberrima cultu
Antiquasq; dei sedes cum moenibus altis,
Eruit:ꝛ pulchram eximis radicibus vrbem:
Sacrificę gentis scelus ꝛ contagia passim
In patrias prolapsa domos mouere tonantem
Qui romana vocans ad opes ꝛ regna suorum
Castra secundabat cursus classemq; regebat
Ausoniam:stimulosq; animis addebat ꝛ ignes
Ipse acies inter tenui circundatus aura
Versabatur agens animosam in prelia gentem
Oppugnansq; altas arces.scelerata ruebat

Moenia: cęlicolum post longa silentia tandem
Euigilans furor imperijs regnisqꝫ ruinam
Ingerit: ꝛ celeri pessum trahit omnia cęde
Sicut in antiquas flammis volitantibus ędes
Quom seuit vulcanus. cunt laquearia iunctis
Cum trabibus tabulęqꝫ leues: atqꝫ ardua tecta
In cineres: lōgosqꝫ rapit breuis hora labores
Si robusta fides si spes immobilis: ardens
Si pietas senis ꝛ vicio īuiolabile pectus
Afforet ignicolor quē lapsus ab ęthere currus
Sustulit in phoebi siluas atqꝫ ardua templa
Ferret opem. possetqꝫ instans auertere fatum.
Ipse sacerdotes phythonia pectora falsos
Abstulit: ꝛ lōgo campis arentibus ęstu
Elicuit largum subitis de nubibus imbrem
Traxit ꝛ ętherios superis ex orbibus ignes
Et noua circumdans liquidis altaria riuis
Quū boue mactato rutilans superincidit ardor
Et cum dura ferens regis mandata superbi
Attonitus sensit flagrantia fulgura miles
Hic antiqua tue iecit primordia gentis
Nāqꝫ rudem tunicam tetrę fuliginis instar
Cui simplex expersqꝫ artis natura colorem
Fecerat induitur per secula cuncta nepotum
Progenies iussit similem gestaret amictum
Incola carmeli primus fuit: ipse pudoris
Uirginei princeps ꝛ vite coelibis auctor
Ipse suę sanctos vrbes ꝛ moenia patres
Linquere: et in tacitis seruare silentia campis
Exemplo docuit. solus nāqꝫ ipse ꝑ vmbras
Errabat nemorꝫ pomis contentus ꝛ vnda

Gramen ei pro melle fuit pro nectare lympha
Sed foelix nunc arua colit ridentia supra
Frigoris aerij & lapidose grandinis oram
Ille licet gemina vertex estate quotannis
Sudet et a nobis cum sol declinat in austros
Et cum littorei petit humida brachia cancri
Scilicet equali libre phiryxiq; sub astro
Depresso quoniam multum telluris ab orbe
Tollitur: infestis nunq; tamen ignibus ardet
Purpureos semper flores spirantibus auris
Ora repens semper violas & candida semper
Lilia fert: breuibusq; dies absconditur vmbris
Quattuor ex istis labētia flumina campis
Lata rigant asię ripis ingentibus arua
Sunt rigui fontes: vitreos nitentia riuos
Prata bibunt tersus semper sine nubibus aer
Nec quatitur ventis nec rauca tonitrua frangit
Brachia pomiferę curuant redolentia silue
Pendulaq; electri gratum induit vua colorem
Collibus in paruis vbi paulum iugera surgunt
Perpetuas ramis foecunda feracibus arbor
Semper habe t fruges. quibus & contemnere fatum
Possis & expertem morbi seruare iuuentam
Nulla patet curis illuc via: nulla dolori
Nulla neci: colit ista senex loca sancta beatus
Atq; sub occasum mundi rediturus in orbem
Non tunet interea parcę ne stamina rumpant
Hoc sene nunc opus est & te mitissime vatum
Cuius ad ingressum rubri salis vnda recessit
In geminas rupes: patuit maris alueus ingens
Pręterreunte duce & populo per concaua regna

Neptuni: timuit triton sonuere cauernę
Delphines curui ⁊ phocę fugere natantes
Subq; imas egit protheus pecus omne latebras:
Si deus hos nostro miserans concederet ęuo
Dura inter rapidos parerentur iurgia patres
Usq; adeo inuisa est probitas, odiosaq; virtus
Tempore namq; isto vicio datur esse pudicum
Est scelus esse pium. sęcli hęc est gloria nostri
Parce igitur pro gente tua tabescere vates
Pone preces: ambire deos ⁊ sidera noli
Quod coelum superiq; ferunt mutabile non est:
Dixerat vranie cum thespias altera vocem
Extulit ⁊ tales est orsa polymnia cantus
Hic iuuat antiquam cladem veterumq; dierum
Fata recensere ⁊ primęuę gentis ab ortu
Jlluuiem repetens missos trans littora fluctus
Jgnotosq; prius nymbos ⁊ nubila dicam
Scilicet vt memores iusto sub iudice vestros
Jre dies certasq; sequi post crimina penas
Cautius ambiguę cursus ⁊ euntia vitę
Tempora curentur nec inerti pressa veterno
Mens hebeat: sed prompta graues supereuolat artus
Uenturamq; timens cladem vicinaq; fata
Mobilium turpi rerum ne se inquinet vsu
Sed solum videat patrem ⁊ reuerenter adoret
Qui sedet ⁊ stabilis solo mouet omnia nutu
Cum pater oceano sceleratam perdere gentem
Uellet: ad imbriferos errantia sidera pisces
Duxit ⁊ officijs aptauit tristibus astra
Sed tamen ante rudes turbas ⁊ barbara regna
Quam subitis deleret aquis premisit in orbem

Fatidicum vatem qui crimina longa p̄iari
Posse:libidinibus si noxia parceret ętas
Instantesq; iras caneret clademq; futuram
Interea diuū monitu contexere vastum
Instar montis opus cœpit:quo clauderet omne
Quadrupedum volucrūq; genus stirpemq; nepotum
Formabatq; ratem magnis sup̄ ęquor ituram
Motibus ⁊ grandi pressuram nerea mole
Clarus adhuc radijs phœbi lucentibus ęther
Splendebat quū ligna faber cęsamq; pararet
Materiem:nondū tellus cognouerat imbres
Sed crescentis adhuc post p̄rima exordia mundi
Terra patens ꝓprioq; madens humore ferebat
Omnia:prouentusq; suos meliore colonos
Jugera pascebant:grauioraq; semina culmos
Pomaq; maiori curuabant pondere ramos
Tunc etiam virides animalia tuta ꝑ agros
In longos ventura annos ęuūq; senile
Gramina tondebant. nondum violata pruinis
Nec gelidas experta niues.sed mitia veris
Tempora ⁊ assiduum placidissima frigora rorem
Nondum lampeties ithacis armenta colonis
Obfuerant:nec fixa veru versauerat exta
Gerionę nondum fuerant magalia :necdum
Raptor auentinos macularat sanguine colles
Impia nec cęsis viuebant secula bobus
Tunc igitur populi indociles ignara deum gens
Mirantes ratis immensam consurgere molem
Consiliū spreuere viri :nec dicta putarunt
Digna fide.⁊ sanctum senis irrisere furorem.
Ecce niger piceis velatur nubibus aer

Et phoebi lux alma diem diffundit opacam
Jam coelum insolitis reboat mugitibus: ingens
Nymbus adest: fugere fere fugere volucres
Flumina certatim tumides nereidis undis
Et freta tollebāt: nigro pallētia coelo
Nubila conglomerans pennis rorātibus auster
Aethiopes libyamq3 super stridente volatu
Ibat: & excussis ardebāt ignibus aure
Eolie. tremit omne solum: fuerit eolus: antra
Fracta sonāt: factoq3 volant procul agmine venti
Contremuere urbes: tristes per rura coloni
Cogere ab imbre greges: stabulis armenta tueri
Dum pperant: crescētis aque lata equora cursus
Impediunt: frustra pecudes ballatibus agnos
Sollicitant: frustraq3 vocant sua gna capelle
Pignora: cōvellunt frondosa cacumina Cauri
Diripiuntq3 casas: volitātq3 aera culmi
Attonite matres strictis ad pectora natis
Ardua tecta petunt: iuuenū robustior etas
Annosas scandunt quercus: fugiūtq3 repentes
Quod nulli fugisse datur: cōfusa p urbes
Infantum iuuenūq3 sonāt lamenta: senumq3
Itur in excelsas turres & summa domorum
Culmina: neptunus spumans ultricibus undis
Insequitur miseros. arctant pñtia fata
Imbre madent tunice: porrectis crinibus unda
Liquitur: oceanum dicas ex ethere labi
Et lachryme miscētur aquis ad nubila frustra
Tolluntur cum voce manus sua numina quisq3
Clamat: in erectas boree violētia frontes

Nimboso spuit ore tonans ꝛ verba precantum
Suffocat:ne forte dei referantur ad aures
Iamqꝫ supfusum campos absconderat equor
Nulla fuga superest:superest spes nulla salutis
Hęc vada non gressu non sunt tentanda natatu
Et iam montanis veniunt qui e fontibus amnes
Et quę ꝑ campos latis vada concaua ripis
Magna mole fluunt gremio complexa capaci
Vix tanto satis est oneri neptunia doris
Iam sole extabant excelsa cacumina quondam
Nunc humiles mersęqꝫ altis in fluctibus alpes
Utribus innixi tabalisqꝫ ad pectora tractis
Complexiqꝫ trabes haustum sępe ore vomebant
Oceanum.tandem victi oppugnantibus vndis
Ora sub immensos mergebant pallida fluctus
Uallibus ex imis profugos qui summa tenebant
Culmina montanosqꝫ apices.cum nerea semper
Alta magis petere ꝛ plenis de nubibus imbres
Certatim ruere ꝛ iam mortem instare viderent:
Poenituit tandem:ferasqꝫ dedere gementes
Nequicq̄ lachrymas:ꝛ fallere numina votis
Consueti:quum vota darent ridebat olympus
Flumina non norunt ripas.nec littora fluctus
Aerię volucres(humore madentibus alis)
Pręcipiti casu lapsę cum brachia multum
Iactassent pelago:fatum tandem ore trahebant
Fugerat in latices rhodepe:magnusqꝫ latebat
Apenninus aquis:nigro sub gurgite summum
Presserat Ossa caput:non apparebat olympi
Altus apex:ipsis auibus non peruius ante.

Tunc tamen ⁊ curuis ratibus(si forsitan illa
Aetas vsa fuit ratibus)pecoriqꝫ marino
Peruius:ęquoreo quę nunq̄ tingitur imbre
Vicinis timuit mergi sub fluctibus vrsa
Apta prius bello atqꝫ armis procera gigantum
Corpora cum paruis:turba cum paupere reges
Purpurei nabant sine maiestate supinis
Pectoribus:merso sub gurgite foemina vultu
Diffusisqꝫ freto vittis ⁊ crinibus ibat
Inuoluit sors vna omnes.discrimine nello
Griphes:equi dāmę atqꝫ canes cerui atqꝫ leones
Agna lupus simul errabant:certamina litis
Mors dirimit:certamqꝫ dies parit vltima pacem
Iamqꝫ hoīes iamqꝫ vnda feras populata fluebat
Libera:non scopuli toto non insula ponto
Nec cyprum venus alma videt nec delphica phoebus
Templa:nec alcides thebas:nec cynthia delon
Nec iuno sua rura samon:nec gnosia regna
Iuppiter:extincta fugit vulcanus ab ętna:
Quamuis claudus erat triuię vicina petiuit
Atria prępetibus pennis celeriqꝫ volatu
Nec cupressiferam Cyllenen aspicit hermes
Nec tyberim mauors audax:tegit omnia pontus
Protheus ⁊ doris glaucus matuta palemon
Cuncta tenet.pindi phocę videre cacumen
Occiderat tellus:ignis neptunus ⁊ aer
Mundus erat:cererem tethys amplexa premebat
Undiqꝫ:neptunum quartę reuerentia sortis
Non metuit violare domum Talamosqꝫ sororis
Herbiferę:tētare etiam iunonia regna

Non metuens auras spacio breuiore coegit?
¶ At ratis omne vehens aial terrestre p altum
Ibat: ꝛ obiecta dirimebat corpora prora
Atqꝫ videns vtrumqꝫ polum sublimior ipsis
Nubibus ethereum p iter qua casus agebat
Nunc zephyros contra errabat: nunc solis ad ortus
Nunc austros nunc vsta petens aquilonibus arua
Donec in armenie rupis delata cacumen
Jam retro labente mari vestigia fixit
Nam pater excelsa mundum speculatus ab arce
Ut genus humanum saluo vix semine vidit
Interijsse: fretum iussit cessare: nec vnquam
Amplius Aegeon (dixit) montana reuise
Culmina: nec scylle glaucus iungetur in altis
Montibus. extreme lustrabunt cetera flamme
Cum vetus ingenti tellus arsura camino
Absorbebit aquam pelagi sitientis: ꝛ ipsos
Aerios montes camporum equabit arenis
Tunc altos mortale genus voluetur in ignes
Immensumqꝫ dabit volitans vaga flamma fragorem
Et fornace gemens mundus fumabit eadem
Nec tamen hec phoetontis erunt incendia: phoebo
Que nolente crement orbem. tunc omnia vires
Astra suas iurata dabunt: ꝛ nostra facessent
Imperia. atqꝫ alias alio pro crimine poenas
Gens humana luet: cinerem soluentur in atrum
Que mare que tellus: que corpora possidet aer
Nec tunc vlla virum flammas industria vincet:
Hec dicente deo: nubes fugere: notusqꝫ
Occidit: ꝛ pulsus claris aquilonibus auster

Jam taurus iuga tollebat deformia limo
Lentus ꝛ ex altis stillabat frondibus humor
Semisepulta inter cumulos humentis harenę
Corpora siccabant aurę: passimq₃ abeunte
Rupibus in summis hęrebant ęquore conchę
Jam claro rutilans ardebat lumine phoebus
Monstrabatq₃ procul discussis nubibus idem
Turribus ex altis primum titana videntem
Ryphęas arces lycię ciliciumq₃ superbis
Aggeribus frontes: Athon ꝛ rhodopeia saxa
Et casias moles magniq₃ cacumen olympi
Atq₃ pyrheneos apices Atlantaq₃ magnum
Ex alta senior specula caput extulit album
Telluremq₃ videns: salue sanctissima dixit
Terra hoīm pecudumq₃ parens fœcundaq₃ nutrix
Quę frugum genus omne paris quę vulnera tergo
Infinita pio pateris quo pignora pascas
Tu rapidos ignes elementaq₃ cętera fixo
Limite. tu coelos sicut grauis anchora puppes
Inconcussa tenes: pedibus tua mitia nostris
Pectora substernis gaudens: ꝛ moesta capaci
Membra sinu defuncta foues: siccare tuamq₃
Accipe progeniem pelagi tot casibus actam
Longaq₃ perpessam angustis incommoda tectis
Hęc ait: ꝛ pressas valles speculatus aquosos
Uidit adhuc campos nebulasq₃ errare cadentes
Arua per ꝛ lento circum iuga serpere gressu
Et prono petere ima gradu zephyrisq₃ fugari
Lenibus: ꝛ sensim motis sua flumina ripis
Restitui. ꝛ pressos sua littora quęrere fluctus.

Tum pater ingentes rupto sine limite portas
Oceanus fecit: p quas ire atq; reuerti
Posset ꝛ imperio lunę labi atq; relabi
Montibus alternis' mediasq; reuisere terras
Tunc gelidi sinus euxim tunc alta propontis
Ioniumq; satum: longis quod fluctibus altum
Currit ad atlantem: solidis tum caspia ripis
Colligere occultas coeperunt ęquora venas
Fluminaq; ꝛ missos sythicis de vallibus amnes
Tunc arabes inter campos Nihilq; lacunas
Se a te mare diffudit: tunc persica doris
Et ingressa solum merces latura p indos
Tum quoq; meotis latam diffusa paludem
Fecit ꝛ immenso glacies induruit orbe:
Despiciens iterum sublimibus alta fenestris
Protulit ora senex ꝛ circum lumina vertens
Aciliis pendente manu deprehendit Araxem
Finibus includit propriis: tigrimq; volantem
Sic ratus euphratem sic est ratus ire Niphatem
Sic rheno venetumq; padum rhodanumq; ararimq;
Sic thermodontem dubiis e fontibus ortum
Et latos hypanis latices bisaporis ꝛ istrum
Sic vada iordanis sic nili flumina septem
Et sua qui nigris dat nomina gentibus indum
Immixtumq; fretis solumq; Borystenis amnem:
Tunc etiam nitido coelos incedere vultu
Et phoebi occasum croceo splendore rubentem
Humentisq; noti flatus cessasse nocentes
Contemplatus: habent. dixit bella aspera finem
Et tandem maris ꝛ coeli cecidere furores.

Mox reserata videns bipatentibus hostia valuis
(Namq; deus limen quod clauserat ante: reclusit)
Omine frondifere letus redituq; columbe
Seruata cū plebe senex exiuit & agris
Restituit pec⁹. & nemori genus omne ferarum
Et leuibus pennis volucres abiere ꝑ auras
¶ Finierat tali responsa polymnia cantu
Altera cū docti nutu soror annuit oris
Et placidam Clio surgēs extollere vocem
Coepit: & exemplum prisci memorabile dixit
His adiunge semis: qui marmore primus acuto
More sacerdotum phrygie pudibūda Cybellis
Membra secans magno dedit orgia grata tonanti
Ipse pater sancte fidei pater ipse timoris
Hūc habeant tua secla ducem: sic flectere coelum
Sic mutare deos poterūt sic fata mouere
Tu dea dic inquam: tuus hic labor ipsa capaci
Mente tenes: viteq; memor monumenta prioris
Cernis: & annales eterno pectore seruas
Cunctaq; p̄teriti memoranda negocia secli
Tunc dea ꝟgineos oculos frontēq; venustam
Mouit: & in coelum versis ita vultibus orsa est
Da pater ingenijs lumen da cordibus aures
Et chaos humanis cecum de mentibus aufer
Oblitosq; nouas sordes laudata priorum
Facta sequi patrūq; vias concede nepotes
Mox ad me cōuersa suoq; innixa sedili
Talibus historiam cepit percurre dictis
Clara iacet tellus vltra Babylona superbam.
Quam veteres ideo vestri dixere medānem

Quod geminos inter late diffunditur amnes
Scilicet eufratem Tigrimq; e fontibus iisdem
Progenitos & mox disiunctis flumina ripis
In duo diuisos quorum secat illud aeoas
Occiduas aliud ptes: longoq; meatu
Per nigros arabum populos versata rubentes
Ingrediuntur aquas. & se cum doride miscent.
Terra igitur fluuiis prius intercepta duobus
Frugum terra ferax argenti diues & auri
Que nimio neq; sole calens neq; frigoris estu
Pressa graui tepet: eterno placidissima vere
Indiga lympharum tamen est: paucisq; rigatur
Fontibus: assiduo pascuntur gramina rore
Nec hominum sublime genus clarosq; virorum
Fert animos diuum sacris aptissima rebus
Pectora celestesq; vias & sidera doctos
Quos dixere magos: etiam per persidis agros
Phoenicumq; domos habitat: & agenoris arua:
Hos antiqua tyrus nouit: piscosaq; sidon
Terra tamē gemino primū que clauditur amne
Nos tulit: & primos horum sibi vendicat ortus
Hac igitur de gente satus gratissima celo
Progenies magniq; sagax habramus olymphi
Cognitor. errores varios damnauit & aras
Indigene gentis: veras nāq; ipse p artes
Illapsuq; dei monitus diuersa negauit
Numina: sed solum summa confessus in arce
Esse patrem rerum artificem mūdiq; magistr
Abstulit & fati leges & inania iura
Fortune casusq; leuis damnabile nomen

Aeternosq; docens animos: post funera dixit
In requiem & vitę patriam melioris ituros
Qui veriti numen maiestatemq; tonantis
Clausissent sine labe dies & sancta sequuti
Quę generi dedit ipse suo mādato fuissent
Propterea falsis assuetę legibus vrbes
Ut noua tradentem populo mandata deosq;
Tollentem nouere virum: communia sanctum
In ciuem vertere odia: infęstęq; fuerūt
Qualis socraticę quondam gens attica voci
Id metuens natale solum patriamq; reliquit
Regnaq; sidonio petijt cōtermina ponto
Rex erat assyrijs Ninus: atq; semiramis vxor
Extincti post fata viri victricibus armis
Protulit imperij fines p bactra per indos
Inachus argiuā paruo post tpe gentem
Rexit: & inachia cum iuppiter iside captus
Tunc atlas humero cęlum tulit: igne pmetheus
Humanum madido formans in puluere corpus
Contigit: & venas vitalibus imbuit auris
Nondum Roma suū Tiberim nec magna futurę
Troia parens Rome Xanti cognouerat vndas
At cum dura fames agros & moesta teneret.
Regna palestinę mutata sede petiuit
Nligigenas foelixq; solum quod pinguibus vndis
Horrea centeno latissima foenore complet
Tunc rudis ęgiptus campos & dura colebat
Iugera nec causas rerum speculata latentes
Nouerat ęterno currentia sidera motu
Lanigeros curare greges caua cymbia dulci

Lacte coronare ⁊ mites nutrire iuuencos
Tunc cōmunis erat labor hoc ęgyptia pubes
Exercebat opes glebasqꝫ domabat aratro
Traxit ab his curis animos habraamus: ⁊ altam
Suspiciens arcem mundi Cognoscite dixit
Aetherios ignes ⁊ non mortalia magni
Templa patris sanctiqꝫ opis sanctissima signa
Artificemqꝫ deum qui sidera calcat ⁊ ipsam
Grandibus infusam menbris cognoscite mentē
Heu sinite ęternos animos assuescere terrę
Lętariqꝫ luto ⁊ rebus gaudere caducis
Terra perit. pereunt vnde: mutabilis aer.
Intereunt ignes. semper durabile cœlum
Permanet: ⁊ nostris animis habitacula seruat
Ob scelera ⁊ culpas hominū: ritusqꝫ nefandos
Impia diffuso periērūt secula ponto
Ob scelera ⁊ culpas hominum ritusqꝫ nefandos
In cineres ibit tellus tenuemqꝫ fauillam
In superos estote pij. satis ampla feretis
Sacra deo templisqꝫ suos reddetis honores
Quom sine sorde pręces ⁊ labe carentia vota
Offert intactum maculis ⁊ crimine pectus
Iusticiam moresqꝫ pios offerte: litari
His sibi vult pater infractus licet irruat orbis
Uirtutes animiqꝫ manent: bene facta super sunt
Semper: ⁊ arbitrio deus omnia iudicat ęquo
Uiuite virtutum memores: virtutibus ęther
Scanditur: ⁊ summos quos cernitis itur ad orbes
¶ Hęc populis p̄cepta ferens habramus olympi
Explicuit cursus omnis: bissenaqꝫ signa

Que variant nitidum stellati limitis orbem
Innixasq; fretis terras pontumq; teneri
Aere sublimes ferri.circum aera flammas
Astra ignes circum super ardua culmina mundi
Aeternum regnare patrem sceptrumq; tenere
His super addebat prolem post longa futuram
Tempora quę renouet meliori sęcula lege
Rura petens iterum proli promissa futurę
In primis quos ante fame regnante penates
Fugerat:argenti locuples remeauit ⁊ auri
Et cum rege loci percusso foedere:gressum
Cum forte thori seruorumq; agmine magno
Fixit:⁊ assyrios impleuit ouilibus agros
Tum primum coeleste genus sub imagine visum
Creditur humana:quom forte sub ilicis vmbra
Frigora captaret viuentia numina vidit
Vnũ quod dulcem nati p̄diceret ortum
Et duo quę flammis ruerent coelestibus vrbes
Infames vitijs vrbes ⁊ sulfure dignas
Et quoniam mater ventura senilibus annis
Pignora subrisit materni nemina risus
Indu it auspicijs oriens foelicibus infans
Spes generis coeli proles habitura fauorem
Et longos visura dies: magnamq; datura
Progeniem:visura deum,visura tonantis
Semina de seris exire nepotibus olim
Pulcher ⁊ eximię diuino frontis honore
Pręditus:vndenos iam bis puer ęgerat annos
Quom deus habramo dedit hęc mandata·fideli
Icelerant nostrę dulcem tua pignora risum

Sacra feras aerę summi pete culmina montis
Compositisq; super truncis altaria: flammas
Subijce: et arrepto nati pete guttura cultro.
Accensosq; super ramos effunde cruorem
Impiger ostensum chara cum prole cacumen
Struxit vbi celsam templi rex tercius arcem
Solus adit famulis vmbrosa in valle relictis.
Sępe patri dixit iuuenis. tibi culter et ignis
Victima nulla tamen: suspiria longa paternum
Pectus agens: nostris (inquit) lectissima flammis
Victrima mox aderit: lachrymęq; per ora cadebant
Et iam multiplici stabat rogus arbore grandis
Subiectisq; nonę rutilabant ignibus arę:
Quom pater ętherij referans mandata parentis
Talia vix pressis nato singultibus inquit
Chare puer: dulcis vitę mihi dulcior annis
Quem mea clausurum sperabam lumina. cuius
Auxilio leuiter senij graue pondus inertis
Laturus fueram: mea spes mea nate voluptas
Ob decus egregium formę teneramq; iuuentam
Ingeniumq; pium. sacrisq; accomoda rebus
Corde videbaris longo dignissimus ęuo.
At secus est cęlo visum summoq; tonanti
Sicut mira tibi fuit et cęlestis origo:
Sic memoranda tuum renouat miracula funus
Sanctaq; foelici mors non discordat. ab ortu
Non morbo senio ve cadis: non occidis hoste.
Hostia cęlitibus fies: manibusq; paternis
Mite feres mortis genus hoc: inuita tremensq;
Tristibus officijs accedit dextra. pauetq;

Pectus: ꝛ immotis frigent pręcordia fibris
Sed superum mandata sequi: ꝛ parere necesse est
Nec te dura breuis moueat sententia fati:
Quando tibi melior dabitur vita ęthere in alto
Hęc pater illachrymās charaq; in imagine nati
Lumina defixus minuebat voce dolorem
Filius hęc contra: pater hęc suspiria pone:
Pone pater fletum: si quęq; fata doloris
Funera si quid habent poenę. fugit ocyus euro
Ergo dei sortem potuisti credere nato
Difficilem: teneris ne fui sic doctus ab annis?
Hos puero mores pater hęc p̄cepta dedisti?
Intrepidus fati genus hoc reuerenter honestum
Suscipio: nec me flammę nec vulnera terrent
Immo ego me frustra genitum: ꝛ vitalibus auris
Contra iura frui credam: si iussa pigeret
Ista pati: mea membra deus melioribus auris
Imbuet: interea donec noua venerit ętas
Pace fruar placida: patrum cum mitibus: vmbris
Te expectans: tua namq; iterum pater ora videbo
His pater in fletum dictis prorupit: ꝛ ibant
Ora per ꝛ barbam lachrymę: cecideret trementi
Arma manu: cum sic iterum puer ora resoluit
Quid patris ꝛ nati tantum te nomina terrent
Quid te falsa ligat stultę pietatis imago:
Est pietas sup̄ma deo parerę: nec vllum
Gratius est sacrum nec victima sanctior vlla
An ne doles tua quod superis sit ꝛ ęthere digna
Progenies: quid adhuc trepidas habraame quid heres?
Quid tam foelici fraudas tua pignora sorte?

Redde deo precor hanc animam terrena perosam
Eripe me tenebris: aditumq; ad sidera pande
Prospicit ex alto deus hec spectacula coelo
Nasq; moras dudum & dextram miratur inertem
Sicait & molli denudans guttura veste
Post patrem rutilos puer accedebat ad ignes
Jam pater ardentes plorans ascenderat aras
Nudatoq; pium nati caput ense petebat
Quom deus amborum motus pietate: ministro
I dixit celer. & veniens clamabat ab auris
Pone pater cultros: mitem ne interfice natum
Sat tua nota fides: pietas tua cognita coelo
Jam satis est: cessa gratam nobisq; tibiq;
Progeniem serua: & matri sua pignora redde
Obiecitq; caprum gladio qui cornibus altis
Vepribus herebat: tenuiq; euanuit aura

c Ernis vt indomitis hoim ceruicibus instet
Ira deum: durasq; terat quo turbine frontes
Aspicis vt subiecta fouens & sancta gubernans
Corda pius pater equali regat omnia lance
Nos igitur quos tot surgunt immania contra
Signa tot hostiles vultus: truculentaq; toruis
Ora oculis qui tot deuastatricia monstra
Perq; agros passimq; ipsas errare p vrbes
Cernimus & nostris instare pericula rebus
Si grauibus moniti exemplis oracula diuum
Et responsa deum sequimur: nec flumine sacro
Poenituit prima fusos ab origine crines
Clara soporatas illustrent lumina mentes
Lustremusq; animas: humiles in sancta feramus

Templa preces: exempla patrum meliora sequuti
Purior interea depulsis nubibus aer
Induet antiquos vultu ridente colores
Grana ferent sulci dulcesq racemifer uuas
Palmes: et alma Ceres mitisq fauebit biacchus
Atq salutiferis immisse flatibus aure
Innocuos coeli tractus synceraq reddent
Atria fatifero passim moriente veneno
Bellaq composita cessabunt horrida pace

Francisci Cereti Parmensis iuris Pontificij Scholaris ad prestantissimum adolescentem Jacobum Mariam de lino Ciuē Bononiensem: ac Dominum Colendissimum Carmen.

Ine decus fidei dentes cui Serra beatos
Alligat: et veteris pignus amoris habet
Non secus aedo preruptus in aere Magnes
Attrahit in vires ferrea vincla suas
Ac tua sancta fides nullo violabilis euo
Attrahit in cultus pectora nostra suos:
Quam nec liuor edax: nec longi temporis etas
Abluet a nostro pectore: crede mihi
Propterea cum sis vita mihi charior omni
Accipe diuini carmina vatis opus:
Que tibi pro meritis resides impressimus: atq
Diximus hec domino sint monumenta meo

Disce legens nostrę mala tempestatis: ⁊ orbi
Immissas tetro de phlegetonte canes:
Letiferę monstris septem comitantibus omni
Quę mores abigunt prorsus ab orbe pios
Quę pariunt luxum. fastus. iram atq₃ veternum
Inuidiam curas crimen auaricie
Horrida quę pestes. ⁊ funera sęua famemq₃
In latias ducunt dira venena domos
Cum nec sanctus honor. pietas nec conscia recti
Mens. probitas virtus nec sit in orbe fides
Sed dolus ingrati generis discordia liuor
Crimen auaricię. luxuriecq₃ scelus
Ergo pio vati meritos pręstabis honores
Cui latie debet fama secunda lyra
Interea nostri longum seruabis amorem
Dissimulans fidei pignora sancta tuę
Hęc ⁊ plura tibi plectro meliore canemus
Cum dabitur: resides cogimur esse: Uale.

¶ Calamitatum nostri temporis opus diuinum Baptistę Mantuani difinit

¶ Fris Baptiste Mātuani carmelite theologi ɔtra poetas impudice loquentes Carmen.

Unt quibus eloquij. datur aurea vena poete:
Sed cadit in sordes: inficiturqꝫ luto
Nam cyprie curas ꝛ olentia gaudia ponunt
Claraqꝫ tam foedo mergitur vnda lacu.
Hoc decus hoc animis carmen celestibus aptum
Rebus in immundis degenerare nefas
Dona dei carmen nitidum facundia prestans
Mittitur ex astris a superisqꝫ datur.
Est tuba romane fidei legumqꝫ poesis
Que canat heroo sacra deumqꝫ pede
Carmina que sanctos deus ipse parauit ad vsus
Impia mortiferi criminis arma facis?
Quid maculas turpi diuina libidine dona
Quid teris immundo munera tanta pede
Non ita hieremias docuit. non thracius orpheus
Non ita Jessei regia musa senis.
Sancta prophanari scelus est delebile multo
Uerbere: supplicio culpa pianda graui:
Uita decet sacros ꝛ pagina casta poetas
Castos eñ vatum spiritus atqꝫ sacer.
Si proba vita tibi lasciuaqꝫ pagina: multos
Efficis incestos: in veneremqꝫ trahis
Uerba mouent animos oris lasciuia pectus
Pulsat: ꝛ in venas semina mortis agit
Improbus has sordes in carmina seminat orchus
Cui studium mentes cōmaculare pias
Non secus ac vitreum si quis vult ledere fontem
Proijcit in dulces putre cadauer aquas

Uocaīaduertas quicunq3 poemata condis
Est opus: a stygio fer procul amne pedem
Pelle pharetrati cum matre cupidinis arcum
Atq3 dioneo subtrahe colla iugo
Mater adulterij venus est stupriq3 repertix
Atq3 lupanari fornicibusq3 fauet
Casta dei genitrix castus regnator olympi
Mens capit ambrosias non nisi casta dapes
Lex venerem festis vetat exercere diebus
Sacra ministrorum corpora casta volunt
Pierides castę: castę libetrides vndę
Tota pudiciam vera poesis amat
Est hilicon virgo: virgo Peneia daphne
Castalides aiunt virgine matre satas
Ite procul veneris vates heliconis ab amne
Uirgineus vestro lęditur ore liquor
Non hederę vobis phœbi non conuenit arbor
Non amat incestas casta corona comas
Taxus olens. eruca salax. grauis herba cicutę
Sordidulos vates talia serta decent
Salmacis est vobis: Helicon. date vota priapo
Hellespontiacis ponite thura focis
Sit liquor Asphalti vobis pro phocidis vnda
Stringit vbi infames sulphuris ardor aquas
Desine. pone lyram vates insane. nec vltra
Cum stygijs dirces flumina iunge vadis
Prostituis musas meretricis imagine facta
Ante cauerno si fornicis antra locas
Frangis honestatem frontis gremiumq3 sinumq3
Soluis ⁊ infames mittis in ora modos

Omnia das turpi musis loca sacra Dione
Atq; pudicicię non sinis esse locum
Propterea merito pro vate vocabere leno
Elogio sceleri conueniente tuo
Si legeret casu spurcum Lucretia carmen
Contereret presso carmina lecta pede
Quod prohibet fieri quod vult natura taceri
Promis: et vrbanum mellifluumq; putas
Falleris haud aliter q̃ qui pro piscibus hydros
Pro violis tribulos aut aconita legit
Id canis a sola quod sit meretrice videndum
Quod nisi lasciuo non queat ore legi
I procul a grauium cętu scelerate virorum
Fer procul a sacra relligione gradum
Nec leuitas grauibus fit perniciosa poetis
Namq; leues studio credimur esse pari
Non bene de fidei rebus sentire putamur
Innocui culpę lędimur ense tuę
Ni veriti non sunt sanctas p scorta sorores
Ducere: et ad tantum sollicitare nefas
Vina Mimallonię vobis dant cretica bacchę
Et vetat infundi sordida thyas aquam
Tale docet semeles puer et lęmargia carmen
Bacchidas et veneres ista poesis olet
Castalium veri potant non vina poetę
Sobrietas fons est ebrietasq; merum
Qui bibit assidue gelidis de fontibus vndam
Et vitreo siccam diluit amne sitim
Carmina casta facit veneris commercia vitat
Nec mouet ad versus ora pudica leues.

Vina iocosqꝫ canunt veneris Bacchiqꝫ poetę
Quod latet in vapido pectore carmen olet
Hi sunt quos statuens sancti consortia coetus
Esse procul iusta iussit ab vrbe plato
Fautores scelerum corruptoresqꝫ iuuentę
In mala deceptum plurima vulgus agunt
Dumqꝫ licere volunt suasit quęcunqꝫ voluptas
In mores acuunt spicula multa pios
Improba garrulitas verbisqꝫ procacibus ardens
Seminat in sanctam noxia verba fidem
I miser ⁊ veniam superos pro crimine posce
Ante flagellati vulnera quinqꝫ dei
Voce genu flexo lachrymis ⁊ pectore tunso
Fletibus erroris damna repende tui
Carmine qui celebrat vesana cupidinis arma
Et veneri neruos ingeniumqꝫ dicat
Hic iacit in sanien violas: in stercus amomum
Atqꝫ sub obscoenos lilia verna sues
Sulfuream lethes haurit de fontibus vndam
Et stygiam lato gutture potat aquam
Se facit indignum superos qui cernat ⁊ astra
Nam miser in solam lumina vertit humum
Transfugit a superis ad limina ditis: ⁊ ardet
Gaudia contempto luxuriosa deo
Est opus ardentem frenis arcere iuuentam
Nec sinere in mores luxuriare malos
Collige terrenis mixtum de sordibus aurum
Gemmaqꝫ in illustri splendeat ista loco
Est deus est trinum semper laudabile numen
Vnde trahunt rerum semina prima genus

Spirituum soboles celiqz decẽplicis astra
Astrorumqz vices multiplicesqz vie
Sunt anime diuum nitido quis ethere virtus
Donat: et hos sanctos indigetesqz vocant
Et que mater iam p̄bent elementa caducis
Rebus: z eterne dant alimenta neci
Sunt erebi manes: sunt tartara nigra: lacusqz
Sulfurei: z nigri regna pfunda iouis
Sunt loca poenarum: sunt alte ergastula mortis
Sub quibus eterno lucifer igne calet
Sunt scelerum poene tormentaqz debita nostris
Sordibus z veneri carminibusqz tuis
Sunt ea que pfert aer que parturit equor
Que generat pingui dedala terra sinu
Multicolor facies agri syluęqz comantes
Multisone volucres. multiuageqz fere
Sunt sophie partes: est ingeniosa mathesis
Uerbaqz clamosi litigiosa fori
Sunt hominum vite: sunt digna negocia versu
Plurima gesta foris: plurima gesta domi
Collige diuorum mortes: z fortia facta:
Inclyta martyrij bella rubentis habes
Jugera multifere tibi sunt telluris z horti
Nauigium merces veliuolumqz mare
Sunt tibi pampineo vestiti palmite colles:
Sunt iuga: sunt valles: multicomũqz nem⁹
Arua lacus vrbes. castella. suburbia. ville
Sunt caua. sunt tenui flumina pressa vado
Elige de multis aliquid tibi copia rerum
Maxima: materiam carminis ista ferent

Nata freto venus est: veneremq; sub equora mitte
Infima qua nigris pallet abyssus aquis
Id cane quod tetrici possint audire Catones
Quod probet hippolyti penelopesq; pudor.
Tunc ego te vatis dignum cognomine dicam
Tunc tua cantari digna poesis erit
Tunc helicona bibes: castisq; rigabere lymphis
Si venus in versu non erit ulla tuo.

¶Fratris Baptistę Mantuani vatis optimi duo elegantissima opera. Vnum de calamitatibus horum temporum. Alterum de poetis impudicis. Impressa Dauentrię opera et impensis Richardi pafraet. Anno domini. M. CCCCC. I. Vicesima secunda Octobris

